

Pro peregrinis.

Gene. 19.
Heb. 13.
Gene. 18.

¶ Rursus de necessitatibus illorum sanctorum, qui vel adueniunt apud illos erant, vel peregrini, dicitur: Hospitalitatem sectantes, quod plus est quam simpliciter quempiam hospitio suscipere. Ille enim sectari dicitur hospitalitatem, qui ipse non rogatus praesentat, aut rogat, aut quod plus est copellit & cogit & quaerit in vicis, vt Loth. Per haec enim hospitalitatis virtutes, vt alibi dicitur, placentur quidam angelis hospitio receptis, vt Loth & Abraham.

¶ Circa tertium quo docet qualiter secundum charitatis praescriptum habere se debent fideles ad proximos in affatu dicit:

Benedicite persequētibz uos, benedicite, & nolite maledicere.

Dilectio
qualis fit
in affatu.

¶ Vt in his Apost. sententiis doctrinae congruus ordo ferretur, non potuit ordo literarum seruari. Quum ergo in praecedentibus docuisset seruare charitatem erga amicos, hic idem docet erga inimicos, Benedicite inquit persequētibz uos, benedicite & nolite maledicere illis, scilicet qui vim uobis inferunt, iis nolite maledicere, id est detrahere, vel hos blasphemare, vel contumeliam illis inferre, licet ipsi de uobis male loquantur, dicentes uos esse maleficos & seductores, patienter ferre illorum opprobria, nostri & aliorum exemplo. Vnde de se & coapostolis suis loquens dicit, Maledicimur & benedicimus. Benedicite igitur, id est, bona illis orate.

1. Cor. 4.
Benedicēdum
maledicentibus.

¶ Hoc dicit, ne iuxta prauam & pristinam consuetudinem irato animo incitati facile maledicam, sed magis superata iracundia benedicam, vt Christiana disciplina laudatur. Vnde & B. Petrus à maledicentia uitio dehortans dicit: Non reddentes maledictum pro maledicto, sed contrario benedicentes, quia in hoc uocati estis vt benedictionem haereditate possideatis. Hinc rursum Apost. Corinthiis scribens ait: Si is qui frater nominatur inter uos est fornicator, aut auarus, aut idolis feruens, aut maledicus, cum eiusmodi nec cibum sumere. Et iterum de maledicis per Prophetam dicitur: Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Quibus & mox poenitentiam denuntiat dicens: Contritio & infelicitas in uis eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum.

¶ Hinc

¶ Hinc etiam de eo qui assidue & pro qualibet causa irat per sapientem, dicitur: Vir multum irans replebitur iniquitate, & non discedet à domo eius plaga. Qui enim in altum mittit lapidem, super caput eius cadet. Et maledictum frustra prolatum in quempiam superueniet. Et in quem iustus quam in suum autorem? Caterum quisquis propter Christum fe infestantibus benedixerit, ostendit se id latiori animo ferre, quod propter illum tolerat quae colat plurimum. Contra uero, qui maledictis se lacessentem insequitur, grauior se id ferre quod patitur patefacit, quia eum nil amet propter quem iniuria laceffitur. Quae sequuntur, referenda sunt ad proximi dilectionem in affectu. Sequitur enim:

Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus.

¶ Gaudere debetis, inquit, cum gaudentibus, nisi forsitan illi gauderent quum malefecerint, & in rebus pessimis exultarent, aut in caducis seculi uanitatibus. Sed cum eis gaudentem est qui secundum Deum & recte gaudent, qualiter erat illis gaudentium, quibus dictum est: Gaudete autem quod nomina uestra scripta sunt in caelis. Si enim gaudere prohibentur discipuli, quod eis in Christi nomine daemonia subiciebantur, multominus gaudentium est de quaestione pecuniae, & huius seculi uana & fallaci prosperitate.

Quibus
gaudenti-
bus fit cō-
gaudēdum
Prou. 2.
Luc. 10.

¶ Sed si uideris hominem digna agentem qui mereatur scribi in caelis, illius saluti congaudeto, non autem superfusecū eius mundano, aut latitudine possessionum, quia istorum gaudia luctus sequuntur & lachrymae. Proinde gaudentibus congaudere animi magnitudo est, vt nō modo uacemus inuidia, sed etiam adgaudere possimus laetitia exultantibus. Per id enim arguitur animus omni profusus inuidia liber. Siquidem longē maius est gaudentibus congratulari, quam edere cum flentibus genitum: lachrymas namque natura suggerit, & ad cōmiserandum faciles reddit, sicut quidam sapiens ait:

Cōgaude-
re gaudentibus
animi magni-
tudo est.

Mollissima corda humano generi dare se natura fatetur, Iuuenalis. Quae lachrymas dedit, haec nostri pars optima sensus: Plorare ergo iubet casum lugentis amici, Squalorēque rei, pupillūque ad iuta uocantem Circumscripserim, cuius manantia fletu

§

Orapuellares faciunt incerta capilli. Et post pauca: Naturæ imperio geminus, quom finus aduæ Virginis occurrit, vel terra clauditur infans.

¶ Sicut ergo nos decet cõgaudere gaudentibus, ita etiam debemus flere cum flentibus. Nisi forsitan & ipsi lugerent secularia. Siquidem à plebisque, vt idem dicit,

Iuuenalis.
1. Reg. 5.
Threnis.
2. Cor. 12.
Math. 5.

Ploratur lachrymis amissa pecunia veris.
¶ Sed cum illis flendum est, qui aut sua, aut proximorum desent delicta. Sicut Samuel lugebat Saul cunctis diebus, eo quòd ab illo recessisset dominus. Et Ieremias flebat peccata populi, & Paulus ipse multos Corinthiorum, qui post fornicationem non egerunt penitentiam. Huiusmodi lugentes à domino prædicantur beati. Erudit ergo nos Apostolus, vt simus animo erga omnes beneuolentissimo. Vnde & adhuc subdit:

Idipsum inuicem sentientes.

¶ Hoc est, De aliis sicut de vobismetipsis sentite, & illis sicut vobis bene optate, & mala amolimini. Et sicut vobis ipsos diligitis, ita & alios diligit, & ita existimate vos diligi à fratre, sicut à vobismetipsis. Si magni te ducis, non tamen fratrem te inferiorem existimabis: & vt tenuem illum & exigui putas, que velim de te & ipse sentias. Hunc in modum omnem disparitatem æquabis, nec illum contemnes tanquam tibi sit impar, sed æquè illum vt te honore prosequeris.

Sequitur:

Sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, domino seruientes.

Erga se-
mceptis
sic se ha-
beant.

¶ Postquam in præcedentibus ostendit quomodo se debeant habere fideles ad proximos. Hic docet qualiter se debent habere ad semetipsos. Et seriatim tradit sex documenta, quorum tria priora referri possunt ad tempus prosperitatis vel tranquillitatis, reliqua ad tempus aduersitatis: tamen non adeò præcise, quin ad omne tempus humanis mentibus in formam dicit congruere possint.

Prosperi-
tas mala
hæc parit.

¶ Aduertendum ergo quòd dicitur siue prosperitas tria hæc parere solet, scilicet pigritiam, tepiditatem, ociositatem. Aduersus hæc tria vitia, tria tradit Apostolus contraria remedia, videlicet, sollicitudinem, spiritum feruorem, in bonis operibus & seruitio dei alacritatem. De pri-
mo

mo dicit: Sollicitudine non pigri. Vbi aduertendum est multa esse quæ reddunt hominem sollicitum, vt verbi gratia: Bellum, mare, lethale vulnus, morbus acutus, inopia, debitum, præsertim si creditor instet.

¶ Sic spiritualiter sollicitus non debet reddere bellum assidue tentationis, mare inundans, angustiarum scilicet & tribulationis, sicut in Iona scriptum est: Mare ibat, & intumescibat super eos. Vulnus proinde læsæ conscientiz, morbus ardentis concupiscentiz, inopia virtutis & operum iustitiz, debitum graue promeritæ penæ, præsertim quom instet summus creditor dicens: Redde rationem, redde quod debes. Qui & ipse nihil prauæ admisionis inultum abire patietur. Ecce quàm multa, quæ si diligenter attendentur, & sollicitos reddere, & omnem prosum ignauiam & pigritiam propellere possent à nobis.

Ionæ. 1.

Mat. 18.

¶ Secundo contra tepiditatem opponit spiritus feruorem, dicens: spiritu feruentes, ne forsitan & tibi dicatur: Quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Ignem quippe venit Christus mittere in terram, nec aliud vult, nisi vt ardeat. Hic ignis semper ardet & operatur. Voluntas enim humana dei amore stimulata meliora semper, & maiora meditatatur, adeò vt & si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciat eam. Proinde feruor iste mentem ab omni impuritate purgatam reddit. Olla nempe feruens seipsam purgat. Nec quaquam huic insident mufcæ. Ignis enim diuini feruor amoris, cogitationes malas quasi mufcas, non admittit.

Feruor spi-
ritualis quò
conferat.

Apoc. 3.

Luc. 12.

Cant. 3.

Simile.

¶ Tertio, aduersus ociositatem mandat nobis Apostolus in dei famulatu, & piis operibus alacritatem, dicens: Domino seruitis. Attamen quom propter deum etiam proximo benefacis, putabis te nõ tam homini quàm deo feruire. Rursus quom vel proprii corporis necessitatibus, vel negotiis domesticis, vel his qui tibi commisi sunt secundum legem charitatis intendis, deo te non dubites per hæc omnia famulari. Hæc omnia & similia in dei gloria faciendo, sicut alio loco idè Apostolus ait: Sine comedatis, sive bibatis, siue aliud quid facitis, omnia in gloria dei facite.

Intentio
sancta do-
mino fa-
mulatur.

1. Cor. 10.

domino, inquit, seruicēs, cuius seruitio nihil prastantius, nihil honorabilius, nihil iustius, denique nihil in hac vita vtilius est. Sequitur:

Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes.

Aduersitas parit hanc vitia. **¶** Hic tria tradit Apostolus documenta, praesertim tēpore aduersitatis opportuna. Solet enim aduersitatem incurfus in homine tria parere de vitiis, scilicet pusillanimitatem, tristitiam impatentiam, de diuino subsidio diffidentiam. Cōtra quos animos morbos cōtraria hic nobis traduntur medicamina, videlicet spes, patientia, & oratio.

¶ Itaque primo contra pusillanimitatem sancta spei remedium obiciens, dicit: Spe gaudentes. Sicut enim pusillanimitatem comitatur tristitia mentem obruturā, ita & spei gaudium comes est, delectāam & pressam mētem innox leuaturum. Hac spe gaudere nos docet B. Iacobus apost. dicēs: Omne gaudium existimate fratres, quum in tentationes varias incidertis, scientes quod probatio fidei vestrae patientiā operatur, patientia autem opus perfectum habet. Spe gaudet pauper ad preclaram adoptatus hereditatem. Nos autem (vt alibi ait apostolus) stamus & gloriamur in spe gloriae filiorum dei.

Iac. 1.

Simile.

Rom. 3.

Patientia

eommen-

datur.

Luc. 21.

Prou. 19.

Heb. 10.

Similia.

Iac. 5.

¶ Secundo contra impatentiam, patientiā tradit antidotū, dicens: In tribulatione patientes. In patientia nempe vestra possidebitis animas vestras. Quod si per patientiam animas nostras possidemus, liquet quod per impatentiam animas perdimus. Siquidem (vt per Salomonem dicitur) qui impatiens est, sustinebit damnum. Itaque patientia vobis necessaria est, vt voluntatem dei facientes reportetis promissionem. Hanc patientiā virtutem primum Christi martyrum mens bene conscia iniuctam seruauit vsque ad mortem.

¶ Patiens est naua inter feri maris frementes fluctus, miles inter horrentes armorum crepitus, & (vt B. Iacobus ait) agricola expectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens donec accipiat temporaneum & ferotinum. Patientes igitur estote, inquit, & vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus domini appropinquauit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres exi-

tus

tus mali, laboris & longanimitatis & patientiā Propetias qui loquuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem domini vidistis. Confirmate corda vestra, inquit, vtique patientiā virtute, quae absente patientia per impatentiam vacillant & infirmantur.

¶ Tertio, contra desperationis mortem & elongationem a deo propter occurrentium molem malorum, ostendit nobis remedium intentae orationis, dicens: Orationi instantes, quasi dicat, Si a vobis id extorqueret non valeret, vt sitis in tribulatione patientes, eritis saltem orationi instantes. Vigilate, inquit dominus, & orate, vt non intretis in tentationem. Nec simpliciter dixit, orantes, sed orationi instantes, vt si in initio nihil accepteris deprecatus, insidat tamē ad votum cuncta perficies. Orandum est autē nō vt nihil patiamur aduersi, sed ne in rebus aduersis deficiamus. Vigilate itaque, ait dominus, omni tēpore orātes, vt digni habeamini fugere ista omnia quae futura sunt, & stare ante filiū hoīs. Praemisera graues illas tribulationes, quae aduersis electos dei in fine mundi sunt emersurū insinuās nimirū quod has nullus sine orationis instantiā superabit.

¶ Propter aduersitates enim quidam a deo magis elongantur, aut per impatentiam & desperationem, aut quia de deo diffusi ad humanum recurrunt auxilium, habentes (vt Esaias ait) fiduciam in vmbra Aegypti. Sed planū est hunc desipere, qui innititur vmbrae. Sequitur enim: Aegyptus frustra, & vanē auxiliabitur. Quod enī patris, fecit tibi dominus. Et quis est qui de manu eius possit erueret? Aegyptus seculum istud & mundi vanitas est, baculus vtique arundineus & cōstractus, cui si quis innixus fuerit, decipietur planē, & insuper vulneris sui damno afficietur. Cōstringetur enim hanc fragilis arūdo, & acerbo vulnere sauciata reddet manū innitentis. Mendaciū proinde spem suā posuerāt, & baculo huic arundineo fuerant innixi, qui sero penitentes dicunt: Quid nobis profuit superbia, & diuitiarū iactantia quid cōtulit nobis? Transierit omnia velut vmbra. Hac est enim vmbra Aegypti quae (vt discit est) frustra & vanē auxiliatur. Nonnulli verō dum sub aduersis affliguntur, prophano scelere ad sortilegos aut di-

Oratio obstat desperationi. Mat. 16.

Luc. 21.

Aduersis rebus quidam a deo magis elongantur. Esa. 30.

1. Re. 28. Deut. 32.

Aegyptus mysticē.

Esa. 28. Sap. 5.

Ad diuitiarū recurrentiū per fidia. 4. R. eg. 1.

vinos recurrunt, consulentes Beelzebub deum Accaron, quasi non sit deus in Israel. Sed nõ sic Christo fideles, qui apostolico instituto in omni necessitate sua fiducialiter ad deum orantes recurrunt, sicut de ipsis per prophetã dominus loquitur, dicens: In tribulatione sua mane confurgent ad me. Horum nempe vox est: Nos alium deum necimus, nisi dominum in quo speramus, qui non despicit nos, nec amouet salutem suam a genere nostro.

¶ Cæterum vt secundum charitatis præfcriptionem ad nosmetipsos pariter & ad proximos nõ recte geramus, atque vt orantes exaudiri & adiuuari a domino mereamur, necesse est nos omnem prorsus cauere superbiam, & gratiam cunctis amplecti humilitatem. Vnde subdit dicens: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

¶ Vt nõ sitis illius sectatores, de quo scriptum est: Omne sublime videt, qui est rex super omnes filios superbie. Nõ enim nisi humilitate paruuli a deo liberãtur, dicte Propheta: Circumderunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem & dolorem inueni. Et post pauca subdit. Custodiens paruulos dominus, humiliatus sum & liberauit me. Non enim nisi humiles deus ponit in sublimi. Denique nõ nisi humilibus patet introitus ad vitam æternã, dicente domino: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnum celorum. Postremo non nisi humilitate paruuli, diuinæ consolationis vber lactantur. Nam si per superbiam grandis effectus sis, mox tibi diuinæ consolationis vbera negantur, sicut de seipso Propheta loquitur, dicens: Si non humiliter sentiebam, sed exaltati animam meã: sicut ablatum est super matre sua, ita retributio in anima mea.

¶ Non alta sapientes, inquit, sed humilibus consentientes. Quasi dicat: Cum abiectis & humilibus vosmetipsos annumeraueritis. Nec ait colloquentes humilibus, sed consentientes, quod nequaquam ore peragitur, aut aliqua exteriori simulatione, quomodo foris hypocrita fingit humilitatem, & intus amplectitur vanitatem, qui non in corde, sed in ore habet veritatem. Sed vera humilitas deposcit, ne sit elatio in animo, ne peccatoris de se non condoleant alijs, ne exprimat eis vt peccatoribus. Hęc enim est

est superbia quæ tum offendit, quæ se præponit, sed humilibus sint consentientes, id est, conformiter humilibus de se in corde sentiant, vt gratiam habeant apud deum.

DOMINICA TERTIA post epiphaniam.

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. ¶ In hac lectione Apostolus duo facit. Primo ostendit nonnulla quæ sunt a nobis vitanda. Secundo docet ea quæ sunt amplectenda & facienda. Primum facit a principio lectionis. Secundum ibi Prouidentes bona.

¶ Circa primum duo facit. Primo ostendit quæ debeamus vitare in nobis ipsis. Secundo quæ vitare debemus, ne inferamus alijs, ibi: Nulli malum pro malo.

¶ Circa primum cauendum nobis esse præcipit a proprie prudentiæ præsumptione, dicens: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Præmisit enim: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Ideo ne illis, inquit, confimiles efficiamini qui euanuerunt in cogitationibus suis, quorum obscuratum est insipientis cor: qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: illorum, inquam, excaecationis exemplo cautiore redditi, nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nolite vel vestræ propriæ prudentiæ, vel viribus vique adeo fidere, vt existimetis vos nullius egere consilio qui recta suggerat.

¶ Moyfes tametsi colloquio diuino frueretur, nihilominus tamen vsus est consilio soceri sui lethro sacerdotis Madian. Rursum ipse Apostolus Paulus vas electionis, qui non ab homine, sed per reuelationem Iesu Christi accepit Euangelium, qui diuinam sapientiam a tertio celo affluenter reportauit, ad Ananiam in formandis destinatur a Christo. Non tamen prohibetur hic nobis prudentiæ virtus, quam dominus præcepit, dicens: Estote prudentes sicut serpentes. De qua beatus Petrus ait: Estote prudentes, & vigilate in orationibus, sed ne videamur nobis ipsis prudentes, ne imperfuasibiles cõtumaciq; reddamur.

Osee. 6.

Iob. 41.
Solos hu-
miles deo
liberari.

Iob. 5.

Mat. 19.

Roma. 12.

Ne prudẽ
tes simus
apud nos-
metipsos.
Rom. 11.Exo. 18.
Moyfes cu
ius vitur
consilio.
Gala. 1.
2. Cor. 11.
A 8. 9.
Mat. 10.
1. Pet. 4.

Apud se prudens esse sapientem. De quo per Salomonem dicitur: Sapientior sibi stultus videtur septem viris loquentibus sententias, quum tamen à vera sapientia & prudentia remotior nemo sit, sicut idem Salomon ait: Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipientis. Vnde nisi nos ipsos à presumptione huiuscemodi propriæ prudentiæ euacuauerimus, non poterimus sapientia salutaris esse capaces, propter quod Corinthiis scribit dicit: Si quis videtur sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiens, & captiuus intellectum suum in obsequium Christi. Prudentiæ carnis omnino renuntiet, ipsa enim stultitia est apud deum. Vnde & per prophetam dominus dicit, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Et quoniam mundus in sapientia deum non cognouit, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.

¶ Scimus per Moysen in lege dominum mandasse, in immolatione turturis aut columbae, & caput ad collum retorqueri, & extractam vesicularum gutturis & plumas debere proici in loco in quo cineres effundi solent. Quo nihil magis docemur voluntatem nostram per caput designatam (quod inter cæteras animæ & corporis potentias primam habeat) sub dominicis præceptis humiliare. Porro gutturis vesica execta reicitur, dum à sensu carnis & propriæ prudentiæ presumptione mens nostra vacatur. Cinerum verò locus, quo instantiæ plumas & propriæ presumptionis prudentiæ abiciis, mortalis conditionis recordatio est.

¶ Inter eos autem qui prudentes sibi nullius acquiescunt consilio, denotatur primo illi qui exercent vsuras prætextu pietatis. Verbi gratia, vt augeatur res pupillorum, quum tamen dicat Apostolus non esse faciendam aliam vt veniant bona. Nec enim pietas dici potest, quod admittitur contra legem dei: quum sit impietas, dei mandatis non obtemperare. Nec fit habitaturus in tabernaculo domini, qui pecuniam dederit ad vsuram. Et quia recipientibus vsuras non alia patet ad salutem via, quam per illarum restitutionem, tenentur proculdubio huiuscemodi negotiorum gestores hanc vsuram seu excessentiam refundere

iis, &

iis, à quibus contra fas accepta est, nisi forsitan ipsi quorum gessere negotia, suarum rerum compotes facti & emancipati, restituant.

¶ Secundo prudentes apud semetipsos & difficile persuasibiles sunt, qui superbia & superfluitate exercent sub imagine honestatis, allegantes pro se temporis & loci consuetudinem, vt palam sit eos eligere viam latam & spatiofam, vtique iam plurimis tritam, quæ ducit ad perditionem: per quam (teste domino) ambulauerunt multi, quum tamen in lege dei scriptum sit: Non sequeris turbam ad faciendum malum.

¶ Tertio, qui recusant vel differunt aliena restituere, dum sani sunt, irrecti vitio cupiditatis. Hi frustra suis morientem iniungunt hæredibus vt male acquisita restituant, quasi cupidis hæredibus maior sit eorum cura salutis, quam fuerat sibi ipsis. Sed mortuis iam hæredes quocumque relictum est, suum iam esse defendunt, non mortuorum. Nec rem suam minuent pro subsidio defunctorum. Malentes (vt se res habet) sibi melius esse quam alteri. Non ergo fallant miseri semetipsos, putantes posteros cum propriæ rei detrimento facturos, quod ipsi dum viuerent, & suarum rerum poterentur, pro salute propriæ facere noluerunt. Sed quid prodest miseris etiam si mundum vniuersum lucentur, animarum verò suarum detrimentum patiantur?

¶ Araneo planè sunt similes, qui vt vilem capiat muscam, terendo reti euiscerat semetipsum. Stultus est qui aureo piscatur hamo, quum sit ipse damno viciniorem quam lucrem. Isti autem lucra huius seculi cum suarum animarum periculo sectati sunt.

¶ Quarto, qui in se peccantibus dimittere nolentes vltionem expetunt, prætextu zeli boni & æquitatis, existimantes id quod permagnificum & egregium est (scilicet ignoscere) esse ignauitæ & pusillanimitatis, esse effeminatorum, quasi non is qui crudelitate vincit, sed qui ab ea vincitur, pro viro forti habendus sit. Vique adeo mentitur iniquitas sibi. Sed tu puta egregium vindictæ genus esse, ignoscere.

¶ Circa secundum, vbi docet quæ vitare debemus, ne inferamus proximis, dicit:

Mat. 7.
Exemplum multitudinis non excusatur.
Exo. 23.

Mat. 16.

Araneo similes auari.
Simile.

Egregium vindictæ genus.

Nulli malum pro malo reddentes..

¶ Quod utique facere solent suo sensui nihil non tribuētes, videlicet prudentes apud semetipsos, credentes sibi quicquid liber, etiam licere, libidinem suam superuacuis rationibus frustra fucare fatigantes, quum tamen fas non sit cuius homini etiam si vel infidelis sit vel pessimus, malum pro malo reddere, quum sine exceptione dicat Apostolus: Nulli malum pro malo reddentes.

Quadruplex retributionis modus.

¶ Sed aduerte quadrifarum esse retribuendū modū. Reddere nempe contingit bonum pro bono, quod humanum est: bonum pro malo, quod diuinum est: malum pro malo, quod ferarum est: malum pro bono, quod diabolicum est.

Mat. 5.

¶ De primo exemplum est, verbi gratia: Amare se amantem, iuuare se iuuantem, mutuari mutuare, salutantem resalutare: Ista enim etiam ethnici faciunt & peccatores. Ad hoc enim communis humanarum mentium instinctus inducit.

Ibidem.

¶ De secūdo exemplum habemus in deo, qui solem suum ortiri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, & misericos & patiens est super malos & ingratos. Sanē quisquis similiter faciens bonum reddit pro malo, probat se esse filium patris qui in cœlis est. Diligite, inquit, inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, & benefacite his qui oderunt vos, ut sitis filij patris vestri qui in cœlis est.

Mat. 5.

¶ De tertio exemplum est: Exigere oculum pro oculo, dentem pro dente, plagam pro plaga, liuorem pro liuore, scēdum legem talionis. Sed querat aliquis: Num semper sit peccatum iniuriam suam vlcisci, quum dominus ipse talionis legē permisit? Ad quod respōdetur, quōd vtiq; hoc peccatū est, quoties quis vel prætēmissio iuris ordine sese manu sua vlciscitur, accipiens in cœcessum gladium, dignus qui & ipse gladio intreat, vel etiā quoties manus alterius, cui tamen id munere publico concessum non est. Verum si laesus a proximo vltionem queris interuentu eius qui publica functione constitutus est iudex, & hoc amore iustitiae feceris, aut ut is qui deliquit per hoc corrigatur & cohibeatur, aut ut alij ipsius supplicio deterreantur, & ut per hoc tuta sit inter improbos mores innocētia, nō autē exaturandi

turādi odij tui cupiditate, nec vt illius te poena delectet, sed ea quæ dicta sunt intendēs, recta feceris, nec peccasti. Spectandū est enim hac in re quorūm tua feratur intēctio, quæ operi tuo vel acquiritis vel iniquitatis nomē imponit.

¶ Quisquis autem sola te vlciscēti libidine malum reddidit pro malo, non solum illi quem odit, sed multo magis sibi metipso nocet. Sicut enim aper in sylua, furore percitus in cuspidem venabuli impingit, vt vel suo vulnere ad venatorē vsq; pertingat, sibi ipsi non parcens, qui quo ardētiori furore venatorem petat, eo lethale ferrum ad intima recipit profundius: nihilo scicis quisquis proximo malum referre pro malo contendit, proprio se iaculo primū conficiat necesse est. Sic enim propheta precatur, dicens: Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Nam si malum est pati hominem malum, alienum videlicet malum: quanto peius est intrinsecum iugiter & proprium pati malum, imō pati semetipsum malū & hinc malum, quia reddideris malum pro malo. Itaque malum pro malo non reddere duo nos suadent, proprium videlicet detrimentum, & diuinæ legis præscriptum, vt patet ex dictis.

Scēte vlciscētium infania. Simile.

Malū pati præstat quā esse malum.

¶ Circa tertium principale dicit:

Providentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus.

¶ Hic tradit ea quæ sunt amplectēda & faciēda. Et primo circa hoc ostēdit qualiter se debēt habere fideles erga omnes generaliter. Secundo qualiter se debent habere ad inimicos specialiter, ibi: Non vos metipso defendentes.

¶ Circa primum dicit: Providentes bona, non solum. Quod non eō dixit, vt ad iactantiam viuamus, sed ne obreantibus præbeamus occasionem, præsertim quum sint pluri mi qui & dicta nostra & facta obseruant. Spectaculū enim, inquit, facti sumus mundo, angelis & hominibus. Itaque ne sitis illis in scandalum, sed in exemplum virtutis, prouidete bona non modo corā deo, sed etiā corā hominibus. Quasi dicat: Sollicite & diligētē prospicite, per quæ bona & deo placere, & proximū edificare possitis. Nec putetis vobis de vestra cōsciētia blādiendū, si proximorū offēnsiones & scādala nō vitaueritis, illorū pacē & edificatiōē cō

Bona esse prouidēda coram hominibus. 1. Cor. 4.

Exo. 21.
Nū licitū sit iniuriā suā vlcisci.
Mat. 26.

1. Timo. 3 tementes . Nam sanctos oportet habere testimonium & ab his qui foris sunt.

Corā deo ¶ Sed tamen primo loco debet nobis esse cura prouidendi bona coram deo, deinde coram hominibus. Sunt autem tria bona quæ nobis coram deo, (auxiliatrice gratia) prouidere debemus, sine quibus nemo illi acceptus est: quæ sunt fides recta, conscientia bona, intentio syncrea. Primū dicit sancta Romana ecclesia. Secundum efficit innocentia in penitentia. Tertium operatur circumspectio, & simplicitas columbina.

¶ De primo per sapientē dicitur: Beneplacitum est deo fides & mansuetudo. Intantum autem placet nostræ fidei syncretitas, vt per eam credentium animæ deo desponsentur, sicut ipse per prophetam loquitur dicens: Sponsabote mihi in fide. Et plerisque in euangelio à Christo dictum legitimus: Fides tua te saluam vel saluam fecit. Sine fide autem impossibile est placere deo.

¶ De secundo sapiens ait: Qui diligit cordis mundiciam, habebit amicum regem. Et ideo beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et non nisi innocens manibus, & mundo corde accipiet benedictionem à domino. Grata deo illa anima est, cui propter sui mundiciam dicitur: Totā pulchra est amica mea, & macula non est in te. Animæ verò que conscientiam fœdatam probis gerit, per prophetam dicitur: Abominabilem fecisti decorem tuum.

¶ De tertio, scilicet intentione syncrea & recta, quæ in omnibus dei gloriam intendit, dictum est à domino: Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidū erit. Si autem nequam fuerit, etiā corpus tuū tenebrosū erit. Vbi per oculum simplicem intentio recta significatur, per oculum nequam intentio praua. Idcirco autem oculum nequam habentis corpus totum tenebrosū dicitur, quod opera (etiam in genere suo bona) sinistra tamen intentione facta non modo deum non placent, sed insuper offendit. Vt verbi gratia: Si quis propter vanam hominum gloriam quæ recta sunt gesserit, deo nequaquā placet, sed deū offensa, quia id quod solius dei est contra veritatem usurpat sibi. Olim diuina lege reus mortis erat, qui thymiamatis cōfectionē in suos priuatos vsus cōuerteret, aut illo sibi ad voluptatem

Figura.
Exo. 30.

luptatē odore vteretur, quod vtiq; per Esaiam aliis duntaxat verbis manifestius interdicens: Gloriam meam, inquit, alteri non dabo. Et hæc de bonis quæ nobis prouidere debemus coram deo.

¶ Præcipua verò bona quæ nobis coram hominibus prouidere debemus, sunt: Exemplum virtutis, exhibitio honoris, dulcedo affabilitatis, auxilium subventionis. Vnusquisque, inquit, proximo suo placet in bono, hoc est, per ea quæ recta sunt & bona, studeat quilibet proximo suo esse commēdabilis, Christi bonum atque viuificum odorem circumferendo, & fidei lumen in lucerna bonorum operum inter huius seculi tenebras errantibus præferendo, vt redeant in viam, charitatem nihilominus & pacem edificando, vt tam ex ore quàm ex opere vestro Christus ipse & audiatur & doceatur, & doctrina fidei exemplariter in opere vestro descripta, ab omnibus legatur, & luceatis in medio nationis præuæ & peruerse, sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentēs, vt sic scandalum omne vitantes, possitis præfere quod sequitur:

Si fieri potest quod in uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.

¶ Quantum, inquit, ad vos attinet, cum omnibus hominibus seruabitis pacē, si coram eis bona prouideritis, præsertim in illa quæ dicta sunt. Bene autem dixit: Si fieri potest. Sæpe enim nec quietem ducere possumus, nec pacem seruare, præsertim quomodo de fide certamē oritur. Sed vos, inquit, pro viribus caute, ne cuiquam dissidij vel perturbationis causam obuleritis.

¶ Verum si fidem lædi videas vel offendi, obiste virili animo pro fidei veritate tutanda decertans. Nec tamen dixerim, quod hominē ipsum qui fidem lædit odio habeas, sed quod illius tibi fit odiosa impietas. Ver potius ipsum misertus, curandum illum per te, & ad sanitatem reduendum sperato. Sic fiet vt id quod videbatur fieri vix posse, factū facillimum sit: & quantum in te fuerit pace sis vsus sola impietate expugnata. Sed quia sunt qui bono virtutis odore (non secus ac serpens fragrantia vineæ forentis) offenduntur, quibus odor vitæ conuertitur in mortem, ideo ponit Apostolus conditionem (vt dictum est) Si fieri po-

Esa. 47.
Hæc proximo nos commendant.

Rom. 15.

Philip. 2.

Pacem cū omnibus seruari nõ posse.

Quosdam virtutis fama offendi. De quorū odio non est curā dū

test, inquit, quod in vobis est, q. d. Vobis attendite, ne per vos pax turbetur. Quod si obseraueritis, & nihilominus ipsi vobis in fensu sint, de illorum irrationabili in vos odio non curetis, quia id minime ex data per vos illis occasione, sed de ipsorum malignitate proficiscitur, modo pacifici vos sitis, etiam cum his qui pacem oderunt, contentiones & lites (quibus pax inter homines maxime violatur) summo studio semper fugientes. Vnde subdit:

Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum irae.
 ¶ Hic Apostolus docet secundum super eius memoratum, videlicet qualiter se debent habere fideles ad inimicos, tam pro iniuria flagrante maleficio & iam presente, quam pro praeterita, ibi: Scriptum est enim: Mihi vin dictam.

Si sit iniuria praesens

¶ Si enim sit iniuria praesens, audi quid dicat: Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum irae. Vbi duo dicit: Vnum est, seipsum non esse vindicandum: alterum, dandum esse locum irae. Itaque contra illum qui tibi vult malum in ferre nō te defendas, expendo vltionem, sed etiam verbis contentiosis cum illo certando, sicut dicit mansuetos & humiles sectatores Christi, qui a Iudæis in templo tumultuantibus & conrixantibus exiit, & coram Caipha & Pilato calumniam illi struentibus perperca loquutus est, nec se defendit. Nam vt Sapiens ait: Honor est homini, qui se separat a contentiosis.

Iurgia sum me cauenda.

Toan. 8.
 Mat. 26.
 Luc. 22.
 Prou. 20.

¶ Puta longe honestius esse contentioso cedere, quam vincere contentioso. Citius tacebit contentiosus, si taceris, dū ille cōstitit aduersum te, quam si pergas aduersus illum te contentioso defendere. Vnde & per Sapienē dicit: Non litiges cū homine linguato, & nō strues in ignē illius ligna. ¶ Et quauis vim vi repellere liceat omnibus, quia tamē hoc licite fieri non potest nisi cum moderamine inculpate tutele, & difficile tunc sit defensionem sic temperate quin sit ipsa culpabilis, cōsultius est amplecti quod hic docet Apostolus, vt scilicet nosmetipsos non defendamus.

Ecclesi. 8.

Vim vi repellere.

¶ Verum ne palea granū opprimat, & oues quæ se defendere nō nouerunt, passim a lupis cōsumantur, date, inquit, locū iræ (quod est secundū quod hoc loco expressit Apostolus) id est, cedite ad tēpus improbitati, vt flammæ suas clausa intra semetipsam irā exurat. T ametsi nihilominus hac apostoli dictū & aliter ad dificationē possit intelligi,

¶ Vno modo sic: Date locū iræ, id est, eos qui contra vos Date locū irati faciunt, permittite & sinite. Patientia nempe vestra magna habet remunerationem, & eorum improba seuitia Heb. 10.

damnationē. Itē aliter: Date locū iræ, d. diuine, quæ illatas vobis iniurias vni dicabit. Nā si pœnas de iis qui mala vobis inferunt, sumpturi estis, nō vobis opem laetibus accurret deus. At si hos dimiseritis, acerbius in eos vindicabit.

¶ Ceterū si iniuria iam in praeteritū transierit, audi quomodo te habeas erga illū qui intulit eam. Sequitur enim: Si iniuria iam sit praeterita.

¶ Ideo hac intulit Apostolus, sacrum literarū testimonio comprobata, vt consoletur impatientiuscule tolerantibus, qui nihil magis voluptati habent quum offenduntur, quam vt iniuriæ eis illatæ vindicentur. Mihi vin dictam (inquit dominus per Moysen) de iis qui vos leserunt deserte. Mea enim est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt la-

Vltionem iniuriæ deo deferendam.

batur pes eorū. Itaque nemo temere sibi vsurpet quod dominus seruaui sibi soli, & asserit esse suum. Vnde David sanctus, vir vtique quem inuenit dominus secundum cor suum, de Semei (viri vtique scelerati, & multo supplicio digni) aduersum se maledictis quum posset noluit se vlcisci.

2. R. eg. 16

¶ Potes sanē, sicut dictum est, illatē tibi iniurię vltionem legitimo iudici, citra delictū offensus deserte, quum secundum Apostolum omnis potestas a deo sit, nec sine causa gladium portat: Dei enim minister est, vindex in ira eius qui male agit. Vnde & causam tuam quam ei defers, Deo te deserere putabis. Hoc tantum caue, ne aliud quicquam aut intendas, aut optes, quam vt per legitimam vltionem is qui fore fecit corrigatur, non autem vt confundatur aut pereat, neque vt te in illius pœna delectet.

Roma. 13.

¶ Quod si quaeras, quare non permittit deus vt se quisque de inimico suo vlciscatur? Vtique ob hanc causam, vel ma-

Quare p̄ deo non habet deus vltionem.

xime, quod in vindicando plerunq̄ modum excedat qui lesus fuerat, nec poterit sese cū animi tranquillitate vindicare. Idcirco deus vindictam hęc sibi reseruat, vt ipse qui immutabilis & imperturbabilis est, iudicet illos, iuxta quod scriptum est: Tu autem domine cum tranquillitate indicas omnia. Eius enim ideo iustum est iudicium, quia non perturbatur, nec modum excedit in vindicando.

Sapient. 13

Vltionem
quomodo
petant fan-
sancti.
Apoc. 6.

¶ Sed his que dicta sunt ob stare videtur quod in Apocalypsi clamant sancti, dicentes: Vtnequod domine vindicas sanguinem nostrum? Et vnde per Prophetam dicitur: Lætatur iustus quum viderit vindictam. Sed longe aliter facti, & aliter impij vindictam de inimicis exquirunt. Impij nempe idcirco suas iniurias vltisci volunt, vel vt inimicis suis insulant, vel vt de eorum pœna fatentur & se oblectent, suum in eos odium exauriunt, & vt hi qui puniantur, confundantur & pereant. *Que omnia longe absunt a sanctis qui se ideo non vindicant de inimicis, vt locum dent diuine vltioni.* Lætatur autem quum viderint vindictam, eo quod per illam, eorū inimici vel à malis perpetrandis coercentur, aut ad id quod est rectam reuocantur, aut certe (quod magis optant) corriguntur & sanantur, vel quia ex obstinatorum percussione deus iustus cōprobatur & laudatur, vel quia eorum percussio efficax documentum est eorum similibus, vt dei iustitiam expauescant, iuxta quod per Salomonem dicitur: Pestilente flagellato stultus sapientior erit.

Quomodo
lætatur
iustus quū
videt in
dictam.

Prover. 19

¶ Proinde & hac ratione lætatur iustus de iudicio dei, quia deum diligit, & quia id ei placet quod & deo. Nouit enim quod deus sicut interdum pluit super iustos & iniustos, ita & impios nonnumquam etiam in hac vita punit, & pertinaces in fine damnabit. Et quia in his, vt dictū est, diuina vultanti se iustus cōformat, lætatur nimirum quum viderit vindictam. Non ergo huic apostolico præcepto cōtraueniunt, quasi malum pro malo reddentes, aut reddi cupientes, qui suorum inimicorum optant nō perditionē, sed correctionem & salutem: nec in eorū supplicis voluntatem, sed dei desyderant gloriā. Dicit itaque: Non vosmetipsos defendētes charissimi, sed date locū iræ. Si enim nō sitis paterfamilias, vt inter filios suos, si quid ortū fuerit questionis, vnus ab altero sumat vltionem: at multo minus inter filios suos id inulte permittere deus, quā doquidē id potius velit, vt inimicis nostris benefaciendo, diuina miseratione reperiamur & ipsi nō indigni. Vnde subdit:

Simil.

Sed si esurierit inimicus tuus, cibum tuum: et si sitit, potum da illi. Hoc enim facientes, carbones ignis congeres super caput eius.
¶ Superius ostendit qualiter habere te debeas erga inimicum,

micum, videlicet vt non inferas illi quod malum est, hic docet qualiter te habeas erga illum etiam conferendo in eum quod bonum est, dicens: Sed si esurieris, quasi dicat, Tantum abis, vt te de illo vindices, vt etiam si esurierit inimicus tuus, cibes illum.

¶ Quod autem ait, hoc enim facies, carbones ignis congeres super caput eius, bifaria potest exponi. Vno modo sic, quasi dicat: Nō velis in cōmuniōsum & læcescentē te exercere vindictā, quin potius aliquid boni in eum cōfero: tunc enim deus erit in eū acerbius tui iniuriæ vindex, si ille nō cessat tibi inimicari, cui tu benefacere nō desinis. Vnde vt designat acerbiora super impium tormenta ventura, dixit, vt ei benefaciendo, carbones ardentes in eum cumularas. *Que idcirco intulit Apostolus, vt eorum qui iniuriis affliguntur, subleuet animi pusillitatē, quibus forte nil aliud videtur suauē, quā sui hostis iusta cohibitio.*

¶ Alio modo sic, vt per carbones intelligas incensuum dilectionis & feruidæ charitatis, vel spiritus sancti vrentē præsentis ardorem. Si, inquit, hæc, que dixi, feceris inimico, ardorem charitatis ponas super mentē eius, vsque ad eū vt tuis beneficiis delectatus, incipiat diligere quem prius habebat exosum, & dicat: Quid est hoc quod huic tanta facere mala volui, qui contulit in me tot bonā? Sine causa igitur in festus ei exiti. Quia verō tanta erga me vsus est benignitate, charissimum ex hoc habeo fratrem, quem hæcenus persecutus sum vt hostem.

¶ Hoc modo egit Dauid erga Saul. Potuit enim hostem persequerentē (si voluisset) occidere, tradente hunc domino in manu eius, sed diuina longanimitatis imitator, hostem seruare maluit, non modò tunc, quando sopitis omnibus, nō & tentorium ingressus est dormientis, & tulit secum in signū hastam que itabat ad caput regis & cyphum aque, sed etiam alia vice & quidem magis opportune, quum haberet hunc in spelunca solum, vbi & fidum cohibebat militem ne extenderet manum in illum.

¶ Sed quid illi post dixerit Saul quantumuis impius, aduertere. Profectò carbones ignis plus etiam in hostem suum Dauid congeslerat super caput eius. Quum enim clamaret post tergum eius Dauid, & ostenderet oram chlamy-

Carbones
ignis super
caput inimi-
ci con-
gerere.

1. Reg. 26
Exemplo
Dauid par
seruare maluit,
cendū esse
inimico.

1. Reg. 14

DOMINICA QUARTA POST

dis, quam (ignorante rege, & alium purgante in spelunca tenebrosa, in qua illum quem querebat latitare nesciebat) præficerat, ipse Saul respondit: Num hæc vox tua est fili mi David? Iustior me es. Nun scio quod regnatus sis post me. Sic vicit David in bono malum, quam profecto victoriam & vincendi genus, cōsequenter A postolus nobis commendans, dicit:

Noli uinci à malo, sed uince in bono malum.

¶ Qui enim malum reddit pro malo, vincitur & à malo proximi, & etiam à proprio malo, & ipse malus & malitie feruus efficitur, qui illum sibi desumpserit imitandum, quæ idcirco detestatur, quod i soleat obesse. Sed hæc tua sit victoria, ut illum & longanimitate & patientia, imò etiã be neficiis vincas, ipsūque ex improbo reddas probiorem.

¶ Noli, inquit, vinci à malo, hoc est, vel à vitio tuo, ita sicut licet, odio, inuidia, iniustitia: vel à malo, id est diabolo, à quo proculdubio vinceris, dum aduersum inimicum tuum exarscens in iram, ad tui vltionem insurgis, ad suã enim te antiquus hostis trahit voluntatem.

¶ Vel, noli vinci à malo, id est, à malo homine. Si enim cōtra illum tuas vindicare iniurias perrexeris, ab illo vinceris, & à malo eius: quia ei qui malum tibi intulit similis efficeris, ipse enim te sibi similem facit. Quod si cōmōdo animo tuo imperaueris, & frenaueris impetum tuæ passionis, & malum pro malo nõ reddideris, tum vtique victor efficeris, & triumpho dignus. Sed vince, inquit, in bono malum, id est, in deo diabolum, in virtute vitium, de inimico tuo virtute contendere facere & lucrari amicum, sic vtique viceris in bono malum. Talem quippe nos de inimicis decet referre victoriam, egregiã sanè & gloriosam.

DOMINICA QUARTA POST EPIPHANIAM.

Rom. 13.

Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. ¶ In hac lectione Apostolus duplex inuincat debetum. Vnum à quo fideles decet esse liberos: alterum, cui semper eos conuenit esse obligatos. De primo dicit: Nemini quicquam debeatis. De secundo subdit

EPIPHANIAM.

58

dicit: Nisi ut inuicem diligatis. Circa primum duo facit in terra litera, lectionis thomum præcedente. Primo enim docet quod subdit debent suis præpositis obedientiam. Secundo, quod de sua temporali substantia debent eisdem legitimam præstationem, ibi: Ideo enim & tributa præstatis.

¶ Circa primum principale dicit:

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.

¶ Docet (vt dictū est) quod subditi debēt suis præpositis subiectionem, & hoc triplici ratione. Primo, ne deo resistat. Secundo, ne propria perniciem incurrant. Tertio, ne suã conscientia lædant. Secunda ratio ponitur ibi: Itaque qui resistit potestati. Tertia ibi: Id eò que necessitate subditi.

¶ Circa primam rationem dicit: Omnis anima potestatis. Hoc enim post peccati lapsum deus voluit. Nam sicut corpora superiora & cœlestia, hæc inferiora gubernat, & sicut bestiis homines præstant (expedit enim iumentis & pecoribus & aliis animantibus bratis, vt per humanam prouidentiam sentiantur & gubernentur) ita vtile & necessarium est illis hominibus, qui vel ingenio suo hebetiores, aut vitio prauis, & quasi in quamdam pecorinam qualitatē versis, vt à prudentibus & iustis, aut iustitiæ administratoribus gubernentur & cohæbeantur.

¶ Et ne forte aliquis sibi ipsi fidens, se putet ab huiusmodi subiectione fore eximendū, dicit Apost. generaliter omnē animã potestatibus sublimioribus debere esse subiectam. Et ideo is qui se aliis videt esse prælatū, & ipse ferat a quantum aliquid sibi præferri. Obedientiã quam à subditis deposcit, ipse superiori dependat. Quod Apost. hac de causa admonet, vt ostendat Christi euangeliū docere fideles in modo quatenus ipsi à deo non desistant, sed vt etiã suis maioribus in licitis & honestis subiacētis, factiones seditiosas aduersum illos, & quascunque rebelliones omnino deuitent. Id ipsum & beatus Petrus admonet, dicens: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deū, siue regi quasi precellenti: siue ducibus tanquã ab eo missis, ad vindictã malefactorum, laudem verò bonorū.

¶ Quia & si secundum animam debeat homo inuisibiliter seruare fidem deo, corpore tamē debet seruare sui do-

Parendum esse præpositis, esse præpositis, esse præpositis.

Ab obedientia eximie neminem.

1. Pet. 2.

h ij

minantibus secundum feruitutē presentis vite, modo nil imperetur (vt dictū est) quod repugnet fidei, quam deo in omnibus vsque ad mortē seruare debemus. Si enim hanc subiectionē nō docuissent apostoli, existimassent fortasse nōnulli malis hominibus, & presertim in fidelibus genitibus principatū se parere nō debere, nec etiā bonis & fidelibus, sed potius illis cōferri, & esse pares. Igitur superbia hanc remouet, dicens: Omnia anima potestatis. Quā autē dicere potuisset: Omnis homo, maluit tamen dicere omnis anima, vt non solum corpore, sed etiam anima cognoscat se esse subiectos, vt non detrectantes & coacti, sed prompta voluntate seruiant etiam secularibus potestatibus, non tantum bonis & modestis, sed etiam malis & dyscolis, cuius assignat rationem, quom subdit, dicens:

Non enim est potestas nisi à deo.

Potestates à deo esse. ¶ Quod nequaquā de personis principū dicit, sed de eorum potestate seu principatu. Nam diuinę sapiētię est, & ad decorē spectat vniuersi, vt alij dominantur, alij dominorū suorum imperio pareant, ne omnia cōsultione turbetur. Nō enim ait, nō esse principē nisi à deo, quū per Prophetā dominus ipse dicat: Ipsi regnauerunt, & nō ex me, principes exiterunt, & nō cognouit: sed nulla, inquit, est potestas nisi à deo de principatu (vt dictū est) nō de principe disserēs, sicut quū dicitur, viri & mulieris coniunctionē à deo processisse, nō illud asseritur, omnem viri & mulieris coniunctionem à deo esse, quom sint pleraque cōnubia que aut caro & sanguis, aut superbia, aut auaritia conciliant, sed deum nuptias primum instituisse. Potestate si itaque omnes quacūque animo & cogitatione versaueris, à deo sunt institutę, siue patris in filium, siue in vxorem viri, siue domini in seruum, & si quas alias dixeris, siue cęteras omnes quas esse, vel inter animalia bruta constat. Vt verbū gratia, in apibus, in elephātis, ciconiis, & alijs multis. Vnde & ex persona sapiētię diuinę scriptum est: Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.

Ofec. 8. ¶ Quod si queras, quare potestates istę à deo constitutę sunt. Vtique quia genus hominū vsquē adeo deprauatū est vitii, vt merito dixerit propheta: Homo quū in honore esset, non intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis

Prou. 8.
Cui potestates institute.

Psal.

& similis factus est illis. Sic enim seruitur periq; in inuicē vt palām sic esse verū, quod per sapientē quēdam dicitur: feris cruentiores.

Sed iam serpentum maior cordia: videlicet quām sit inter se hominū. Nā & primi hominis primogenitus cęde fratris excidit parricida. Sanē ferarū est hominem decerpere, nec tamen omnium, sed ferocitū duntaxat bestiarum, vt leonum, luporū, & similibus, quorū est seruire in mitia. Homines autem in inuicē seruire suor planē non natura est. Vnde Boetius canit dicens: Quos leo, serpens, tigris, viras, aper

Dente petunt, idem te tamen ense petunt.

Vnde iterum per eundem (qui supra) dicitur: Cognatis maculis similis fera. quando leoni Fortior eripuit vitam leo: quo nemore vsquam Expiravit aper maioris dentibus apri?

Indica tigris agit rabida cum tigride pacem Perpetuam, seruis inter se conuenit vris.

¶ Quoniā ergo naturali derelicta mansuetudine suis vitis homines versi esse vidētur in beluas, ideo bestialibus hominibus deus principes moderatores cōstituit, vt illorum terrore eorū feritas reprimatur, & vt inter improbos mores severitate legum tuta sit innocētia, ne dum superbit impius, incendatur pauper, sed æquis legibus ordinetur ad inuicem diues & pauper. Vnde sequitur:

Que autem sunt, à deo ordinatę sunt.

¶ Hoc ait, vt probet omnem potestātē à deo esse, quasi dicit: Quicūque habet potestatem, dei ordinatione habet. Non enim est potestas neque malo homini neque bono, nisi à deo vel permissa vel data. Vnde & Pilato dominus ait: Nō haberes in me potestatem, nisi desuper tibi datum fuisset. Hominū quidem malitia nocēdi cupiditatē à se habet, potestātē verō si deus non dar, nullam habet. Hinc & satan ipse antequam quicquam certaminū B. Iob inferret, ait ad dominū: Mitte manum tuam, id est, da potestātē, vt ostēderetur quod nocere volentis potestas nō nisi à deo est.

¶ Porro deus propter peccatā hominū, regnare facit hypocritam, sicut per Ofec loquitur, dicens: Dabo eis regem in furore meo. Hoc tamen deus facit ad finem bonū, quatenus, scilicet impiis accipientibus potestatem nocendi, &

Homines feris cruentiores. Iuuenalis, Genc. 4. Boetius. Bestie inter se mitiores homine. Iuuenalis. P sal. Potestates malorū à deo esse. Iob. 19. Iob. 17. Iob. 34. Ofec. 13. Malorum potestates bene vti deum.

h iij

Bonorum patientia exerceatur, & puniatur iniquitas pessimorum. Nam per potestatem diabolo datam, & Iob probatus est, vt iustus appareret: & Petrus tentatus est, ne de se praesumeret: & colaphizatus Paulus, ne se extolleret: & Iudas damnatus est, vt se suspenderet. Diabolo tamen & membris eius pro ipsa nocendi cupiditate dabitur supplicium, patientiae vero & constantiae electorum deus ipse praemium erit. Itaque patet quod siue bona fuerit potestas (vt regis Dauid) siue mala (vt Neronis) non tam est nisi a deo vel volente vel permitte. Hoc autem totum profequitur Apostolus, vt potestatis fidelis subditi sint, quia nonnulli ad finem venientes pristinum obsequium (quasi iam liberi) dominis suis & principibus reddere recusabant, quum tamen ipse dominus Iesus non venerit hominum conditiones mutare, sed animas sine fine victuras saluare.

¶ Dicebat enim Romani credentes: Nos qui diuinis legibus paremus, & deo seruiuis, non debemus Neroni aliisve potestatibus terrenis aut seruire, aut praebere honorem. Vnde graue potuit oriri scandalum & dominis & principibus, si seruicorum, & subditi iam Christiani effecti, a suorum obsequiis dominorum efficeretur alieni. Nec parum hoc nocuisse odori bono ecclesiae Christi, quasi vineam iam florere incipientis, quum non deteriores, sed iam meliores deceat dominos recipere seruos, Christi si deles effectos, Vnde & ipse Christus praecipit, dicens: Reddite quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt dei deo. Sequitur

Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

¶ Hic ponitur secunda ratio quare subditi tenentur obedire praepositis, scilicet ne propriam perniciem incurrant. Nam qui illis obstitierint, tam deo quam hominibus sunt poenas daturi. Quod sane per illud significatur quod ait: Damnationem sibi acquirunt. Offendunt enim tam deum quam homines. Terrenae siquidem potestates subiectorum irritae contumacia aut occidunt, aut in carcerem mittunt, aut certe relegant in exilium seruos rebelles. Nec mirum. Nam quando non facit quod facere debuit seruus, iusta est ira domini, digna est poena serui. Quod si trepidare

Luc. 22.
2. Cor. 11.
Mat. 17.

Mat. 22.

Rebelles
potestati
& deum &
homines
offendere.

dare sub domini potestate non vis, audi consequenter dicentem:

Nam principes non sunt timori operis, sed mali.

¶ Quasi dicat: Nequaquam formidini futuras esse principes illi qui virtuti incumbit, & bene agit, sed ei qui male. Si enim bonus est princeps, bene operantem non punit, sed diligit. Si vero malus est, non nocet bono, sed purgat eum. Malus vero debet timere, qui ad infortunium sunt principes ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Vnde subdit:

Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa.

¶ Non dicit: Laudabit te potestas, quia multa potestates sunt quae in subditis malum potius quam bonum diligunt: sed habebis, inquit, laudem ex illa: id est, Ipsa faciet potestas, vt laude sis dignus. Si enim potestas ob beneficia vel ad mortem vsque te afflixerit, aut in aliquo bono tibi fuerit aduersatrix, tu quoque si legitime decertant mortem vel quamlibet iniuriam aequanimitate pertuleris, habebis ex illa laudem, praebit enim occasionem vt tu lauderis. Percipies nempe pro irrogatis tibi persequutionibus promissum regnum caelorum, & apud deum & homines laudaberis. Quanti martyres ab huiusmodi potestate triumphantes, laudem perpetuam meruerunt: qui si non fuisset illa potestas, obscuri & incogniti sine laude fuissent? Et subdit:

Si autem malefeceris, time. Non enim sine causa gladium portat.

¶ Non principes nobis formidinem parit, sed nostra malignitas, qua & principis gladius exerceat, id est, potestas principis quae poenas exigit. Neque enim, inquit, ille temere succinctus est ferro, sed vt improbos tormentis afficiat. Sunt nempe enormia quaedam flagitia, quae potius per mundi iudices, quam per ecclesiarum antistites iudicantur. Vnde & opportunum a potestate seculari auxilium ecclesia consuevit inuocare.

¶ Quum enim (sicut in Actis Apost. legitimus) non obtenderetur, Paulo iubenti ne natus a gubernatore & nauis in extremo discrimine relinqueretur, Centurio qui tum erat

Potestas
non est boni
formidini.

AQ. 27.

DOMINICA QVARTA POST

in illa nauī ense funem rescidit, quo scapha nauem sequebatur, vt ea dimissa gubernatores qui per eam fugere volebant, cæteris in periculo relictis, cogentur in nauē & ipsi remanere, vt illorum industria vniuersi saluarentur. Sanè sicut ille gladio nauis salutē (alioqui perituræ) consuluit, ita & potestas secularis laboranti nonnunquam ecclesie succurrit. Rursus propter latrones, raptores, homicidas, contumaces, rebelles, & hereticos, & cæteros gradatores, qui ecclesiam non audiunt, secularis potestas vt illos coercendo succurrat ecclesie vel maxime est instituta. Vnde & de quolibet huiuscemodi potestate habentē subdit:

Potestas
fuceurrit
ecclesie
laboranti.

Secularis
potestas
dei vices
exequitur.

Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit.
¶ Quasi dicat: Cum gladio vtens infectatur nequitiam, læsam innocentiam vindicando, Dei minister est. Vindex in iram, id est, loco dei vindicando offensam dei, ad ostendendam iram futuram, & futuram vindictam, quia hæc puni-
tio indicat persistentes in malo grauius à deo puniendos.

Ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram sed etiam propter conscientiam.

¶ Hic ponitur tertia ratio quare subditi tenentur obedire suis præpositis, scilicet, ne propriam conscientiam. Ideoque, inquit, necessitati subditi estote. Hoc est, ex necessitate, quia deus hoc vult, & ita ordinauit. Subditi ergo estote necessitati, & hoc non solum propter iram sue vindictam qua insurgent in vos, si rebelles & contumaces fueritis, sed etiam propter conscientiam, quia ius suū vnicuique tribuere iubemini. Verbi gratia: Es subditus illi, timens damnum temporale, esto subditus propter conscientiam mentis, vt ipsa conscientia, quam Dominus intuetur, non te de inobedientia accuset.

¶ Et licet omnes fideles per fidem sint vnus in Christo, in qua fide non est distinctio Iudæi & Græci, domini & serui. differentia tamen est in conuersatione mortali, & huiusmodi ordinem in via huius vite seruandam esse, idcirco Apostoli docuerunt, ne nomen domini & doctrina fidei ab incredulis vt supra dictum est, blasphemetur. Inducat ergo te non modo formido pœnæ, sed multo magis iudicium conscientie illis subesse & deferre honorem, qui

Obediēdi
potestati
propter cō
scientiam.

quid

ad hoc

EPIPHANIAM.

ad hoc tibi à deo dati sunt vt publicis vtilitatibus, & tuis etiam prospiciant commodis, ne dum non sit rex, vnu-
quisque faciat quod rectum sibi videtur, superbiat impius, Iud. 17. & incendatur pauper. Quum autem nemo teneat alteri 1. Cor. 9. seruire gratis, (nullus enim militat suis stipendiis vnquam) Luc. 10. & dignus sit operarius mercede sua, subditi dicent:

Ideo enim & tributa præstatis.

¶ Hic docet, quòd subditi debent suis præpositis de sua Quare po-
temporalī substantia legitimam præstationem, dicēs: Ideo testiati præ-
enim & tributa præstatis, scilicet illis qui à deo vobis po-
siti sunt vt vos defendant ab hostibus, & suo timore coer-
cent inimicos vestros, ne vos illi vel interficiant, aut ve-
stra diripiant. Ac sic dicat: Hæc sanè est probatio subiectionis, qua subiecti esse debetis, quia etiam tributa præstatis in signum subiectionis. Non, ait, soluitis, sed præstatis, quali redditis. Reddent enim tibi seruientis, dum defensionis gratia pro patria depugnant, & dum inter virum & proximum suum iuste iudicando subditorum consulunt vtilitatibus & paci. Principum ergo in te beneficia testaris, quum illis mercedem & tributū dependis. Perspicuum enim est te illud persoluere, quia (vt dictum est) tui curam illi susceperint. Neque enim huiuscemodi censum à principio populi illis detulissent, nisi ipsi fuissent populo per necessarii, quippe quum ipsi curis vacui, hos habeant qui pro se inuigilent. Vnde subdit:

Ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes.

¶ Fit hoc dei voluntate, vt tributa suis ministris pendantur. Vult enim deus, vt pax ipsa & virtus exerceatur, & propulsetur iniquitas, & ad id deo volente ministri sint principes, & deo parēt, dum isto ministerio funguntur, & pro communi hominum statu labores subeunt, & ad hoc nituntur, vt nos quietam vitam viuamus.

¶ Quum ergo ministri dei sint in hoc ipsum seruientes, vt vos defendant & puniant reos, equum est vt tributum à vobis recipiant. Sic enim Ioannes Baptista militibus querentibus & dicentibus, quid faciemus & nos? R. respondit: Neminem contuatiis, nec calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. Non iussit vt pro saluandis animabus suis arma ponerent, vel discederēt à signis, probè

Luc. 3.

sciens eos à deo constitutos, vt & patriæ & Republicæ præsidio sint. Vnde & consequenter mandat, dicens:

Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: cui uestigial, uestigial: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

¶ Ac si dicat. Debitum tibi quoddam inexcusabile impositum est, quod persoluere principibus debeas, uidelicet, gratitudinis & legitimæ præstationis. Ergo reddite uicineris quibus creditus est magistratus quod debetis. Cui fueris pro censu obligatus, censum illi depende, cui pro uestigiali uestigial, cui pro tributo tributum persolue. Nec solum pecunias deberi illis affirmat, quin & timorem, id est, pudorem & verecundiam, & honoris plurimum principibus, exhibendum, ita vt cui debeatur hic honos, honos reddatur.

¶ Timor autem geminus est, altero noxiæ ex malorum facinorum conscientia corripiantur, alterum uicissitudinæ quadam inter se homines impatiuntur, qui mutuo detinentur amore. Et hic timor reuerentiæ dicitur. Est præterea timor quidam præcipuus, qualis est ille timor de quo dicitur: Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Timor ergo hoc loco uenerationem quædam præcedit. Sed est aduertendum, quòd præceptum istud non solum Apostoli, sed etiam ipseus est domini, dicentis quòd supra meminimus: Reddite quæ sūt Cæsaris Cæsari. Quòd & proprio firmavit exemplo, quom pro se & Petro persoluit exigentibus didragma. Reddite ergo, inquit, omnibus debita, vt sic euangelica doctrina laudetur.

¶ Ex prædictis patet; & conuersiones quas excusitas dicunt, & ceteras impositiones seu onera ciuilia, sine quorum persolutione Respublica, conseruari non potest, apostolico instituto & exemplo Christi, atque ipsius assertionis, uera & legitima debita esse, & omnino debere solui, & eos qui non soluant peccare in Respublica, & detinere alienum. Similiter dicendum est de debito soluendi legitimum uestigial, quibus oportet & censum principi pro patriæ defensione, vt ipsius sit potentia maior, quæ nimirum patriæ pro mure est. Inopia uero eius seu impotentia, summum patriæ discrimen est.

¶ Circa secundum principale dicit:

Nisi

Nisi ut inuicem diligatis.

¶ Hic Apost. testat de illo debito fraternæ charitatis, cui nos conuenit semper esse obligatos. Cartera, inueniens, debita soluite, & ab illis uos esse liberos curate. Charitatis uero debitum quantumcunque solueritis, nunquam tamen ab eo absolui uelitis. Neque id existimes, si hodie re proximo tuo beneuolum præstitueris, esse te ob id beneuolentiæ uinculo liberatum, vt eundem mox in crastinum negligas, sed potius existima te proximo cuique perpetui amoris esse debitorem. Hoc ipsum enim charitatis debitum, quando in præsentis seculo uiuitur, debetur. In futuro quoque sine pondere plenus firmabitur.

¶ Sola nempe charitas est, quæ reddita semper retinet Charitas debitorem. Redditur autem quum impenditur, debetur reddita nihilominus quum fuerit reddita, quia nullum est tempus semper in quo reddenda non sit. Nec tamen quum redditur, amittitur, sed potius reddendo multiplicatur. Et quanto pluribus redditur, tanto maior acquiritur. Totam proinde legem implet, vt post dicitur, qui proximum amore prosequitur.

Amare ergo proximum quisque debet, eò quod tantum beneficij ex hoc acquiritur, vt legem ipsam adimpleat, quod vt ostendat Apostolus, mandatorum summam breui explicat, dicens:

Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, nõ furaberis, nõ falsum testimonij dices, non erupisces rem proximi tui: & si quod est aliud mandatum, in hoc uerbo insaturatur, diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur.

¶ Vbi etiam docet interiori quam quandam beneuolentiam ipsam legem exigere, quippè quæ hoc iubeat, vt proximum diligas non aliter quam teipsum. Sed quum dominus dicat, quòd in dilectione dei & proximi, hoc est in duobus præceptis charitatis, tota lex pèdet & prophete, quare hoc loco dicit Apost. in sola proximi dilectione legem impleri, nulla mentione habita de ea quæ potior est Dei dilectione?

¶ Ad quod respondetur, quia in dilectione proximi consistit & dilectio dei. Neque enim uel proximus sine deo, uel deus sine proximo recte diligii potest. Ideo uero dilectio

Hac ratione a mandatis mandus est proximus.

Mat. 22.

Mat. 12.
Mat. 17.
Hæc uera debita sunt.

proximi hic exprimitur, quod ipsa euidenti in factis apparet: Dei vero dilectio quum sit in corde, magis later. Non enim ita facile probari possumus de dei dilectione, sicut de dilectione proximi. Verbi gratia: Dum malū pro malo non reddo, dum peccanti in me fratri dimitto, dum hilari tam mente quā vultu aut vestio nudum, aut refectio famelicum, dum oro pro persequentibus, in his vtiq; & similibus liquet quod proximum diligo, quod quum facio, ostendo me diligere deum, cuius mandatis acquiesco.

1. Ioan. 4. ¶ Hoc nempe mandatum (vt B. Ioannes ait) habemus a deo, vt qui diligit deum, diligit & proximum. Proinde per dilectionem proximi, peruenitur ad dilectionem dei, & conuerso. Et quanuis dilectio dei sit maior in dignitate, tamen proximi dilectio prior est in operatione. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt, quomodo potest diligerē? Hinc est, quod proximi dilectionem (vt iam dictum est) magis quā dilectionem dei Apostolus exprimere maluit, de qua nimirum & ipse dominus ait: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Vbi etiam illud mandatum maius de dei dilectione videtur esse omisum. Sed bene intelligentibus vtrunq; reperitur in singulari, vt dictum est. Nā qui diligit deum, non potest illum continere quem deum diligendum præcepit, & qui sancte diligit proximum, quid in eo diligit nisi deum?

Ibidem.

Ioan. 13.

Simile.

¶ Hæc est dilectio ab omni mundana dilectione discreta, quam vtiq; distinguendo dominus ait: Sicut dilecti vos. Quid enim ille nisi deum dilexit in nobis, non quem habebamus, sed vt haberemus, quomodo medicus fideliter dicitur diligerē ægros, qui tamen in eis nil diligit nisi salutem quam cupit reuocare, non morbum quem venit depellere. Diligamus igitur proximum in deo, imò deum in proximo, sicut in imagine sua rex diligitur & honoratur, siue de auro sit illa, siue de ligno vel lapide, siue etiam depicta carbone fuerit in pariete. Plerunq; enim artifices egregiam imaginem depicturi, prima illius lineaméta carbone describunt, quæ formosis postmodū veniunt coloribus abolēda, & decorāda, quid imperitus quisq; ac stolidus nō aduertēs, huiusmodi prima infecta carbone lineaméta,

tanquam

tanquam vilia contemnit. Vnde & per A post. illi dicitur, qui fratrem lapsum superbe contemnit: Tu quis es qui iudicas alienum seruum? quod scilicet nunc vitiis quasi nigrore carbonis fuscatus sit. Sequitur: Suo domino stat, aut cadit. Stabit autem. Potens est enim deus statuerē illum, & animi virtutibus & gratia (ac si quibusdam coloribus speciosis) decorare, quanuis nunc peccatis denigratus sit, & deformis.

¶ Quod autem iubemus proximos diligere sicut nosmet- ipso, id vtiq; præbet occasionem inuestigandi qualiter liter debet seipsum debere quæque diligere. Aduertendum ergo est, quisequid quod ille vere & recte se diligit, qui idcirco se diligit, quia ligere, dei figmentum (quod deus ipse dilexit) se esse cognoscit, cui tota vi mentis inherēs sese prorsus illi resignat. Quod si se non propter deum, sed propter se diligit, non se referens in deum, sed in semetipsum, ad cōmutabile bonū conuersus, auersus autem a summo & incomutabili bono, hic talis non potest proximum recte diligere, quod nondum didicerit diligere sicut oportet semetipsum, quia nec se in deo, nec deum in se diligit.

¶ Non enim potest proximum syncerius, quā seipsum diligere, sed sicut se propter se, & propter voluptates suas & priuatum commodum diligit, ita proculdubio diligit & proximum, optans illi qualia sibi metipso. Sed iste quoniam diligit iniquitatem, odit vtiq; animam suam. Qui autem propter habendum deum se diligit, ipsi vere se diligit. Hæc autem dilectio qua deum diligit, vt diligant se, quorarior, eo preciosior est. Sequitur:

Dilectio proximi malum non operatur.

¶ Nam qui omnem proximum diligit, quomodo fieri posset, vt in vllum hominem operaretur malum? Itaque qui amat hominem, vel quia bonus est, vel vt bonus fiat, amare debet. Sic enim & semetipsum amare debet. Nam quisquis aliter sese diligit, inique diligit & peruerse: quia ad hoc se diligit, vt sit iniustus, & vt sit malus. Ecce iam non se diligit (vt dictum est) sed diligit iniquitatem, & odit animam suam. Sequitur:

Plenitudo ergo legis est dilectio.

¶ Vbi enim (vt B. Augustinus ait) adest charitas, quid est

DOMINICA QVINTA POST

quod possit deesse? Vbi autem nō est, quid est quod possit prodesse? Duas inesse charitatis virtutis species patefacit, mali videlicet abstinentiam quam inquit, Malum nō operatur: & boni operationem quam infert, Penitentia ergo legis est dilectio. Quo fit vt integram nobis virtutem patriarū charitas. Quæ virtutis integritas lege nobis præfiguratur, dicente scriptura: Declina à malo, & fac bonum.

DOMINICA QVINTA
post Epiphaniam.

In dicitur uos sicut electi dei, sancti & dilecti.

In hac lectione docet Apostolus quibus virtutibus vel maxime nos deceat ornari. Et primo, quibus aptari debemus cum proximo. Secundo, quibus ordinari & ornari debemus deo. Primum facit à principio lectionis. Secundum ibi: Et pax Christi.

Circa primum est aduertendum, quòd quisque virtuosam cupit assumere nouitatem, primum debet vitiosam exuere vetustatem. Quod etiam ante lectionis huius initium docet Apostolus, dicens:

Expoliantes vos veterē hominem cū actibus suis, & inducentes nouam, cū qui renouatur in agnitionē dei, secundum imaginē eius qui creauit eum. Vbi nō est gentilis & Iudæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Schyta, seruus & liber, sed omnia, & in omnibus Christus. Vbi veterē hominem, vitam pristinā peccatis & vitiis, scilicet incredulitate, iniustitia, immunditia, impietate, malignitate, adulterio, rapinis, fraudibus & dolis deformē appellat. Per hæc enim & similia, peccator homo secundū veterem Adā viuūt, manētq; in hac vetustate, quoad usq; per baptismi salutaris lauacri, siue per penitentiarū sacramentū, renouatur.

Porrò homo nouus quem assumamus, est bona secundū deam voluntas, mens noua, & cōuersatio noua. Venit ne quis putet quòd hominē exteriorē præcipere innotari, siue per nouorum assumptionem vestimentorum (quomodo præcepit Iacob familie sue, & Moyses populo) siue ad altius rei similitudinem, explicat se, dicens: Qui renouatur in agnitionem dei. Vbi duas notas esse renouationes: Vna est momentanea, qua renouatus homo in baptis-

Coloss. 3.

Quid ve-
tus homo.

Homo no-
uus quid
sit.

Gene. 35.
Exod. 19.
Inouatio-
nes duæ.

EPIPHANIAM. *IN VINO 64*

mi sacramēto, & per spiritus sancti virtutem regeneratus, efficitur mox noua creatura. Alia est quæ fit paulatinē & assidue, quū videlicet scripturæ sacræ vel lectione, vel auditione, ea de deo homo incipit intelligere quæ prius ignorabat. Hinc etiam assidue mens humana renouatur.

Posset fortasse & tertia quedam inouatio reperiri, qua videlicet post lapsum peccati pe: resipiscerentiam peccator renouatur. Et quia nō secundum corpus quod corrumpitur fit hæc renouatio, sed secundum mentem: idcirco quom dixisset, qui renouatur, mox adiecit: secundum imaginem eius qui creauit illum. Nempe secundum mentem, nō secundum corpus ad imaginem dei creatus est homo, quam spiritus sit deus.

Rursus aduertendum est, quòd alia est ista imago quæ renouatur in agnitione dei, & alia est imago ad quam factus est primus homo, nō autem mulier. Vnde ad Corinthios scribens: Vir, inquit, est imago & gloria dei. Mulier autem gloria viri. In eo autem imago dei in viro est, vt quomodo ex vno deo omnia, ita & ex vno homine omnes homines proderunt.

Porrò imago quæ hoc loco in agnitione dei asserit renouari, & secundum quam omnis homo ad imaginem dei est: quæ etiam est in femina aque vt in viro, est mens rationalis quæ vere imago dei est, vt renouari secundum imaginem eius qui nō creauit, sit reformari & corrigi secundum rationis recte suadellam, & ad propria iudicium conscientie, iuxta quod per Prophetam: dñs admonet, dicens: Redite præuicatoribus ad cor. Nihil quippe deo acceptius offerre valeamus imagine ipsius in nobismetipsis renouata, & à peccatis immuni, de parte imagine subdit: Vbi nō est gentilis & Iudæus. Aliqui addūt, masculus & femina sed nō est de litera Apostoli, quauis tamē sine vitio possit subintelligi. In parte nēpe rationali, vbi homo est ad imaginē dei, nō est masculus vel femina, Iudæus vel gentilis. Hæc enim & similia se tenet ex parte hominis exterioris.

Iubemur autem renouari secundu. n hominem interiorē (vt dictum est) vbi est imago dei, vbi nō est gentilis aut Iudæus, id est, acceptio gentilis vel Iudæi. Vnus enim propter huiusmodi velut indignus excipitur. Nec quædam

Ioan. 4.
1. Cor. 12.
Imago dei
ro in est.

Renouari
secundum
imaginem
dei.

1. Timoth. 2.
Esa. 46.

Renouari
iubemur
secundum
hominem
interiorē.

propter hæc quispiam sit altero commendabilior præferatur. Nemini quippe vel officii, vel profectionis apud deum, quod vel de iis, vel de illis natus est. Neque etiã est ibi circumcisio, nec præputium, quia non sunt ibi aliqui propter hoc digniores, quod ipsi hoc habent, vel minus digni quod non habent. Et similiter nõ est ibi Barbarus & Schyta, servus & liber, id est, nõ propter ista aliqui ibi dignior est (vt dictũ est.) In nouo enim homine nulla diuersitas exterior cuiquam præiudicat, nec sexuum videlicet, nec nationum, nec conditionum: tantum bona conuersatio cum recta fide requiritur & sufficit. Quare autem non sit in interiori homine inter fideles differentia, ostendit quum subdit: Sed omnia & in omnibus Christus, q. d. quia omnia hominum fidelium genera Christum habent caput, & in omnibus illis est Christus, tanquã forma renouans eos per gratiam fidei & operum bonorum.

Initium lectionis.

¶ Et omnes vos vnus (Christus vnus estis & corpus) effecti estis. Et mox sequitur initium lectionis: Induite ergo vos sicut electi dei, sancti & dilecti. Q. d. Quia iam in Christi corpus translati, & ipsius membra per fidem effecti estis, virtutibus vos ornate, vt tanta dignatione sitis nõ indigni. Magna quippe de vobis illa est dignatio, qua vos sibi voluit esse dilectos, electos & sanctos.

¶ Quum autem dicit: Induite, ostendit facilem omnibus (ne dicam nõ impossibilem) ad virtutem semper esse adiutum, quam non secus ac vestimentum aliquod accipere & induere possimus, eaque vti ad ornatum & decoris insignie: qua qui caruerit, deformis appareat necesse est. Ostendens itaque quibus erga proximum virtutibus ornari debemus, dicit: Induite vos sicut electi dei, id est, secundum propositum diuinæ voluntatis prædestinati ab æterno, & ex cæteris pereuntibus electi.

Virtutem impossibilem esse nulli.

Num. 15. Israel veste differt à gætibus.

¶ Quoniam gens Israelitica, quod esset electa in populum peculiare Domino, ex cunctis gentibus iussa est certis in vestitu signis, sibi suis scilicet hyacinthis, id est, coloris cælestis in quatuor angulis palliorũ à cæteris gentibus secerni. Vos autem, inquit, quorum omnis debet ab intus esse gloria, interiorum vestrum hominem virtutum habitibus, quasi quibusdam cælicis coloribus comere & decorare

decorare debetis, non modo quia electi & vocati estis à deo, sed etiã quia sancti, id est, sanctificati per regenerationem baptismalem, & infusio spiritus sancti. Qui sicut in specie columbæ super Christum in Iordane à Ioãne baptizatum aperto caelo descendit, ita & per gratiam suam baptismi sacramentis renatis sese infundit, & caelo dignos efficit.

¶ Et dilecti, inquit: Non enim fieri potest, vt qui electi sunt dei & sanctificati dilecti nõ sint, quõ ex dei dilectione hoc acceperint, vt electi ac sancti essent. Est enim dilectio dei cæterorum omnium suorum in non donori donum dei in non primum, ex quo cætera omnia dona procedunt. Quod autem baptismi lauacro sanctificati, etiã dilecti deo sint, paternæ vocis attestatione probatur. Hic, inquit, est filius meus dilectus: que vox à patre luminũ baptizato domino, apertis cælis spiritu sancto in specie columbæ descendente super Christum à Ioãne audita, quid aliud insinuat, quã sicut dictũ est, baptismi lauacro renatis spiritu sancto accepto, & hæredes esse cælestis regni, & patri qui in cælis est dilectus? Moueat itaque vos, inquit, tanta diuinæ dignationis munificentia qua vos & elegit, & sanctificauit, & dilexit, & virtutum decore summo studio vos illi acceptos reddere curetis. Et ideo induite vos

Viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam.

¶ **Q**inque virtutes enumerat, quibus erga proximum homo ritè ordinatur, quarum prima est misericordia, dicens: Induite vos sicut decet dei electos, sanctos & dilectos, viscera misericordie erga proximum quantum ad interiorum pietatis affectũ, qui tantam à deo misericordiam (etiã indigni & immeriti) suscepisti, quem ille induerat, qui ait: Fiebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Qui rursum & alio loco ait: Ab infanzia creuit mecum miseratio, & de ventre matris meae egressa est mecum.

¶ Et quoniam interiori miseracionis affectũ sequi debet effectus operis, si facultas adit. I deo subdit: Benignitate erga fratres scilicet induite quo ad effectũ, qui ex interiori miseracione trẽ, in quo exterius progrediat, sicut & ad vos infusa miseratio per consistit. multa & varia suar largitatis dona propestiti. Itaque & vos 1. Ioan. 3.

Baptismo nobis quid cõferatur. Luc. 3.

Donorum dei in nos causa.

Luc. 3.

Misericordie virtus nobis commendatur. Iob. 30. Iob. 31.

DOMINICA QUINTA POST

proximum diligite, non verbo tantum aut lingua, sed opere & veritate. Alioqui quid prodesset interior misericordia tua proximo, si ipse per illam non subleuetur?

Simile. **Humilitatem erga proximum sic serua.** ¶ Sed quia plerumque de beneficiis oriri superbia cōsuevit, sicut de vestimento tinea nascitur, & è ligno vermis: hinc est quod tertio loco ad humilitatem inducit, quam maxime habere decet electos dei, sanctos & dilectos. Si quidem evidentissimum signum reproborum superbia, electorum verò humilitas est. Vt ergo contra illos quibus miseri subuenistis vos non extollatis, inquit, néve illos vestris beneficiis vsque adeo vobis esse deuinctos exultetis, vt illos tanquam seruos possidere vos arbitremini, vel illos despicientes, vestra eis beneficia exprobetis, humilitatem induite, nequaquam vosmetipsos illis (tametsi tenues sunt) in propria æstimati. ne præferétes. **Quis** potius coram deo de vobis ipsi humiliter sentientes, v. c. r. si me iustissimè que vos seruos inuitiles sine vlla dissimulatione conseruetur, dicens: Serui inuitiles sumus, quod fecimus, facere debuitus.

Luc. 17.

Modestia sic seruanda.

¶ Ne autè ob misericordiam, benignitatis, & humilitatis gratiâ incipiatis forsitan insolescere, nullius ope vos indigere putantes. Induite vos, inquit, præter eas animi virtutes quæ dictæ sunt, etiâ modestiam, quæ coercet insolentiam, & iactantiam omnem cohibet, ne etiam plus æquo super præsentium prosperitate (etiam spirituali) latemini, sed sicut scriptum est: Seruite domino in timore, & exultate eum tremore. Apprehendite disciplinam, quasi modestiæ legem, nequam deo irascatur dominus, & pereatis de iustitia, tollatque propter insolentiam culpam à vobis dominus, quod prius humilibus contulerat. Hinc dominus ipse discipulorum suorum lætitiâ paululo profusorem (quod eis dæmonia in nomine suo subiceretur) coercens & arguens, ipsorum reproborum spirituum (qui sibi metipsos placuerant) ruinâ proposuit, dicens: Videbam satanam sicut filigræ de celo cadentem. In hoc, inquit, nolite gaudere, quia spiritus vobis subiciuntur, ne forsitan & ipsi vobis insolenter placentes, in consimilem ruinam deducamini.

Luc. 19.

Patientiâ iudae.

¶ Opportunè ergo docet hic Apostolus in sebus prosperis vrendam esse modestiam. Et subdit: Patientiâ, subaudis induite

EPIPHANIAM.

66

induite vos, vt ea sitis in rebus aduersis muniti. Non enim permittit conditio huius vite, quæ tentatio & militia est, neque locus iste exilij & laboris, vt ad votum vobis cuncta succedant. **Quin** potius ad labores & sudores vos esse natos agnoscite. Et vt Sapiens ait: Sta in timore, & prepara animam tuam ad tentationem, hoc sciens, quod patientia tibi inter tot aduersa necessaria est. **Quoniam** verò hæc à proximis plerumque inferuntur, subdit, dicens:

Supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem h. bet querelam.

¶ Supportantes, inquit, inuicè, quia & vos ab aliis supportari oportet. Et donâtes vobismetipsis, si quis aduersus aliquè habet querelam de offensione, quasi dicat, pro paruis hæc ducite, nec magni existimetis illa quæ in vos admittuntur. Cuius condonationis exemplum subnectit, dicens:

Sicut & Christus donauit vobis, ita & vos.

¶ Sicut Christus, inquit, qui tamen non habuit quod ei dimitteretur, dimisit vobis omnia peccata: ita & vos proximo in vos peccanti dimitte, qui & ipsi multipliciter admisit, quod vobis & à deo, & à proximo dimittatur. **Quum** Christus pro exemplo inducit, hortatur, vt & si graua sint in nos delicta, non modo donemus, sed etiam pro his qui nobis infesti sunt, apud deum intercedamus. **Quomodo** Et quum nobis ille nō modo delicta donet, sed & foueat do fratri beneficiis, ita & nos de illis bene mereamur. Et sicut ille ignoscas, nobis delicta non modo semel, sed fæpenuerò donat, & nos similiter illis faciamus.

¶ Rursus, Si is qui in eos deliquit, non agnoscat culpam, Ignoscenihilominus donemus ignorant, sicut & Christus nobis dum etiam plurima quæ nec agnoscuimus condonat. Nam delicta sua peccatum quis intelligit? Proinde Christus dominus noster quum non agnoscere quàm nos esset suo sanguine à peccatorum cōtione scenti. loturus, discipulorum pedes lauisset, & extersisset lintheo quo erat ipse præcinctus (vtique facto portè dens quod hu manitate sua quâ ad ministeriū assumperat, & hanc quasi lintheū præcinctus erat sue diuinitati, abstersurus esset peccata mundi) hoc inquam quum fecisset, ait: Vt vos vocatis me Ioan. 13. ma: Ister & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo laui pedes vestros, dominus & magister, & vos debetis

i ij

alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

¶ Proximo- rum pedes spiritu- aliter lauare. **¶** Qua nimirū tantæ dignationis suæ dispensatione quid impendere proximis nostris debeamus insinuauit. Et vos inquitens, debetis alter alterius lauare pedes. Porro spiritualiter proximorum pedes lauamus, dū illis in nos admissa donamus, & pro fratrum delictis etiam in nos perpetratis, diuinam clementiam interpellamus. Et qua fieri posset, vt munera que largiatur, nec tamen ex vero officio, sed simulata beneuolentia id agat, subdit, dicens:

Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.

¶ Charitas vinculum perfectionis. Similia. **¶** Qua charitate ritè possimus munera elargiri. Potest enim quispiam benignus videri & humilis, quum nihil in se habeat charitatis, sine qua cætera bona non habet gratiam, & idcirco ait: Super omnia hæc charitatem habete. Ipsa enim hæc omnia quasi vinculum continebit, conseruabitque. Si vero defuerit, dissoluantur, arguenturque, & simulata extitisse, & nullius momenti, quæcunque in proximis contulerimus. Quemadmodum & in domo constructa cernere est, quæ si compages desint & nexus qui eam cõtineant, ocyus collabatur. Similiter & in corpore: Si iuncturæ aberunt & nerui, pereat necesse est corpus ipsum & dissoluatur. Sic charitas quum ipsa vniuersa cõ- stringat que pariuert perfectione, si fuerit sublata, nil profectus sunt benefacta cætera profutura, qua charitate qui caret, nunquam est ad perfectionem aliquam euasurus, ad quam etiam & si nihil videatur deesse, imperfectior tamè ipsa in hac vita deprehenditur. Potest enim per totā hanc vitam suis semper augete incrementis.

¶ Circa secundum principale dicit: *Et pax Christi exultet in cordibus uestris, in quam & uocati estis in uno corpore, & grati estote.*

¶ Hic docet quibus nos virtutibus aptemus, vt erga deum ritè ordinemur, & insinuat huiuscemodi virtutum trifariam distinctionem. Primo enim illas adducit, quæ proficiunt ad perfectionem mentis. Secundo eas que faciunt ad perfectionem loquutionis. Tertio eas que cõducunt ad perfectionem bonæ operationis. Secundum ibi: Verbum Christi.

fiti Tertium ibi: Omne quod.

¶ Itaque primo quo ad virtutes quæ proficiunt ad perfectionem cordis, id est, interioris affectionionis dicit: Et pax Christi, id est, pax illa, quam Christus inter deum & hominem cõciliavit, quā seruandam docuit & mandauit: nõ autè mundana pax aut humana, quæ vel obfidiò, vel vnticando perficitur: sed pax Christi, inquit, quæ firmior sit, quippe quā nullò mortale boni conciliat, sicut & dei nobiscum conciliatio nulla re alia fuerit inita, nisi quia ille sola sua clemetia & charitate inimicitias soluit, quos olim in nos ob delicta exercebat. Hæc inquam pax exultet in cordibus vestris, id est, causa sit exultationis in cordibus vestris, quòd vtique tum erit, si habeatur charitas quæ iam habet pacem, quam puro corde custodit.

¶ Porro inueniri pax potest sine charitate, charitas autè semper secū habet pacem, in quā pacè, inquit, vocati estis in vno corpore, scilicet ecclesie. Ad cuius quidè corporis substantia & collectionem necessaria est pax, quā facit charitas. Pax siquidem ecclesie mēbra vnita facit & coherentia sibi. Charitas verò totū corpus & singula mēbra viuificat. Ad pacem, inquit, vos euocās Christus omnes vnū corpus effecit, cuius ipse sit caput. Per pacem enim multi vnū corpus efficiunt nil dissentientes, quia nec aliter nobis cum deo in gratiam reditus patuisset, vel suorum bonorum fecisset participes. Quia non est deus dissensionis, sed pacis. Vnde nec prius intravit spiritus vitæ in ossa arida, quæ erant super faciem campi vt uiuere, quàm singula propriis essent adunata iunq̃ur.

¶ Quoniam verò grande bonum est hanc Christi possidisse pacem, & in ecclesie corpus esse vocatum, idcirco de tanto bono: Grati, inquit, estote. Tunc autem nos gratos exhibemus beneficiis dei, quum non aliter ipsi nos gerimus erga cõseruos, quàm deus se gerat erga nos. Nam qui deo gratias agit, quòd ab eo sit peccatorū veniam consequutus, nequaquam in eum vlciscitur, qui se affectit iniuria. Quòd si de eo qui iniurias intulit, penas exigerit, nequaquam videtur dei in se beneficia meminisse, in morem illius cui quum debuit decem millium talentorum esset à domino suo clementer dimissum, ipse tamen nec centum

Pax Christi differēs à pace mūdi.

Pax Christi exultet in cordibus.

Pax necessaria ad ecclesie constitutionem.

1. Cor. 14. Eze. 37. Spiritus vitæ in ossa arida sic venit.

Modus quo grati sumus.

Mat. 12.

DOMINICA QVINTA POST

denarios supplicati cōseruo dimiserit. Agēde itaq; per nos hoc modo erūt grati, etiā pro malis quæ patimur ipsi, dū videlicet iniuriā à quouis nobis illatā toleramus, & ignoscimus ppter deū, sic enī vel martyrii assequemur coronā.

¶ Secundo, quo ad virtutes quæ faciunt ad perfectionem loquutionis, dicit:

Verbum Christi habet in vobis abundanter.

Dei verbū
in vobis
habitare
quid.
Psal.
Philip. 2.

¶ Circa disciplinam & perfectionem loquutionis duo facit. Primo exoptat in vobis dei verbum abundanter habitare. Secundo monet nos dei verbum in proximum per doctrinam communicare, ibi: In omni sapientia.

¶ Circa primum dicit. Verbum Christi habet in vobis, sicut habitauit in eo qui ait: In corde meo abscondi eloquia tua. Et quia Christi verbū illud dirigit in quo habitat, ideo Apostolus alibi loquitur fidelibus, dicens: Sitis sine querela, & simplices filij dei sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentis.

¶ Proinde si in vobis, inquit, dei verbum & monita diuina, quibus nos ille instruxit habitauerit, præsentem vitā & omnia terrena bona paraficietis. Nullis etiam (& si grauioribus sint) casibus succumbetis, sed omnia fortiter tolerando, etiam de malis occurrentibus gratias agetis. Neque enim simpliciter in vobis sit dei verbum, sed in habitet, dixit, & affluenter. Nam si sacramta literarum abundabimus cognitione, faciliē & arumnas & calamitates & quoduis mali genus, tulerimus, non alter quā vir qui spiam opulentis si iacturam aliquam paruum pateretur, & nihil duceret. Circa secundum, dicit:

In omni sapientia docentes, & commententes vosmetipsos in psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus in gratia, cantantes in cordibus vestris domino.

¶ Docet verbum Christi in proximos communicare, quū dicit in omni sapientia docētes, vos ipsos scilicet & alios. Et commententes vosmetipsos de scitis, vt doctrina fiat illis qui nesciunt, & comēntio illis qui sciunt, sed pigri sunt. Docentes dico & comēntentes de his quæ cōtinentur in psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus, ita quōd non sit fatum laus oris, sed etiam cordis. In gratia, inquit, hoc est,

EPIPHANIAM.

68

hoc est, in agnitione beneficiorum dei, cantantes in cordibus vestris domino, id est, semper reddite deo gratias. ita vt quod ore canitis, corde intelligatis, vt mens voci conuoidet. Tertio quo ad virtutes quæ faciunt ad perfectionem operationis, dicit consequenter Apostolus:

Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi.

¶ Siquidem bonitas operis dependet ex reatitudine intentionis. Si cibum, inquit, vel potum desumus, si aliquō peregrē proficietis, cuncta in Christi nomine facite. hoc est, illum vt adiut, & opem ferat inuoca, & prius illum precatus, mox opus quodcumque aggredere. Nam dei nomen inuocatum demones (qui impedimento solent esse bene agentibus) abiicit & propellit, facitque vt faciliē tibi cuncta ad votum succedant.

In initio
boni operis
Christi
nomen

¶ Omne, inquit, quodcumque facitis in verbo aut in opere, id est, in doctrina aut in opere quopiam, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, semper in initio gerendorum, dicentes: Deus in adiutorium meum intende, vel,

quæ inuocandum.

Adiutoriū nostrū in nomine domini. Quod etiā Boetius Platonem adserit monuisse, videlicet, in minimis quoque rebus, diuinū à mortalibus esse præditiū implorādum. Ait enim: Inuocandum reor reū omnīū patrē, quod prætermisso, nullum ritē fundatur exordium. Quum autē sine bono conuolueris, quod auspice deo cæpisti, tum, inquit, estote

Boetius.

Gratias agentes deo & patri, per ipsum.

¶ Quasi dicat: Si solum inuocās, per eum inuocabis & patrem. si filio gratias egeris, vt per ipsum & patri gratias dicas. Et sicut nos filius ad patrem traxidit, ita & quas ipsi filio agimus gratias, ipse illas offert patri. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo. Ipse est enim altare illud nostrum, in quo Dei altare vnicum, sacrosanctum, atque adorandum, super quo solo offerre legitimas hostias patri pro salute nostra debemus. Sicut enim per ipsum Christum mediatorē nostrum cœlestia nobis dona proueniunt, sic etiam orationes & operationes nostræ per ipsum exaudibiles & acceptabiles sunt.

Opere bono
peracto
gratiæ agū
tur domi-
no.

Heb. 13.
Deut. 16.
& 26.

¶ Rectē ergo per CHRIS TV M docet nos gratias reddere Deo patri, quia per CHRIS TV M omnia ab

i iiij

illo accepimus. Et quia per Christum cupimus exaudiri & impetrare, æquum est vt exaudiri & pro ipsa exauditione nostra & tantorum per ipsum obtentu bonorum etiam per ipsum gratias agamus patri, præsertim quum gratias illas quas agamus Christo, agamus (vt dictum est) & patri.

DOMINICA IN
Septuagesima.

1. Cor. 9.

Fratres, nescitis quòd hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium?

¶ In hac lectione Apost. duo facit. Primo docet nos expeditos esse debere ad cursum spiritualem. Secundo ostendit fidem & baptismum sine cursu isto non sufficere ad salutem. Primum facit à principio lectionis. Secundum ibi: Nolo autem vos ignorare fratres.

Currentiũ
ad brauiũ
similitudo

¶ Circa primum dicit: Nescitis quòd hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium? Quasi dicat: Qui ad brauium in stadio currunt, nisi in cursu totis nitatur viribus, & ad cursum omnibus quibus valeret modis se expediant, brauium non assequuntur. Et vos nisi per charitatem & opera sancta vsque in finem perseveranter cucurreritis, æternæ felicitatis præmium non poteritis adipisci.

¶ Ea tamen est inter currentes ad brauium & vos dissimilitudo, quòd illorum omnium solum vnus accipit brauium, & cæteri omnes victi discedunt, qui tamen similiter laborauerunt. Vos autem omnes quotquot cucurreritis perseveranter, accipietis coronam. Et qui prior venerit, expectat vt coronetur cum posteriori, Deo aliquid melius providente pro nobis, (vt ait Apost.) vt non sine nobis consumptione. Vnde in Apocal. sanctis suorum corporum glorificationem postulantibus, dictum est vt expectarent modicum tempus donec impleatur numerus fratrum suorum. Agonem istum non cupiditas sed charitas facit. Omnes enim hunc cursum currentes amant alterutrum, & iste cursus amor est.

Heb. 11.
Apoc. 6.

Curfus
mortalium
triplex.

¶ Huius cursus occasione notandum est, mortales vniuersos tribus modis indefinenter currere. Currunt enim omnes

omnes. Primo per vitæ defluentiam: Secundo per malodum & fugam. Tertio per boni desiderium & appetentiam. Quid enim aliud est (vt de primo loquamur) hæc fragilis vita, nisi continuus & velox ad mortem decursus? Hoc equidem intelligebat qui ait: Dies mei velociores fuerunt cursore. Auolat quippe vita præfens sicut nauis quæ plenis velis celerrimè delata perfulcat æquor, sicut auis quæ remigio alarum verberans ventum, liquidi ætheris spatia celeri transit volatu, & sicut sagitta emissa ex arcu, irrequieta festinat ad destinatum locum, sicut scriptum est: Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram.

¶ Aqua nempe defluentis amnis assiduo lapsu in decliuora tendens tandem in mare deuoluitur, nec est hodie eadem quæ fuit heri aqua in flumine. Et licet esse fluminis idem videatur, attamen alueus tantum manet, aqua dilabatur. Haud secus hi qui ante nos vixerunt, vtique per mortem in terram vniuersi descenderunt, & alij in locum eorum surrexerunt, quos etiam succedentibus alijs cedere necesse est. Vnde per quendam dicitur:

Nec cessat enim decurrere velox
Flosculus, angustæ miseræque breuissima vita
Portio. Et subdit:

Dum ferta, vnguenta, puellas
Pescimus, subrepat non intellecta senectus.

¶ Secundo currunt mortales vniuersi per mali fugam, Boetio testante, qui ait: Omne animal tueri salutem laborat, mortem verò perniciemque deuitat. Fugiant enim omnes quod sibi malum videtur, dolore scilicet, ignominiam, egestatem, afflictionem, despectionem, interitum. Qui vinam sapienter & intelligenter, & ex his temporalibus malis nouissima & sempiterna mala provide rent atque vitarent. Sed vani & stulti rerum æstimatores transitoria mala formidant, æterna non pertimescunt.

¶ Tertio currunt mortales per desiderium boni. Est enim, vt ait idem Boetius, veri boni mentibus hominum naturaliter inserta cupiditas, sed ad falsa deuius error adducit, inebriatos scilicet & commotos à calice Babylonis. Diligunt nempe vanitatem, & sequuntur mendacium, ymbra complectuntur pro solida veritate, & in somniis

Currimus
ad mortem.
Iob. 9.
Similia.

2. Reg. 14
Simile de
aqua fluminis
labentis.

Iuuenalis.

Currimus
per mali
fugam.

Currimus
per boni
appetentiã.

suis illoduntur. Quid enim aliud sunt huius seculi illecebrae, si ad verum expendantur, nisi vanitas, mendacium, somnium, umbra? Ad hæc tamen veritate relicta tota miserum festinat intentio, quasi possint in his esse beati quæ duntaxat umbra veræ beatitudinis sunt.

Tria pos-
sunt efficere
re beatos.

Diabolus
piscator
astutus.

Sunt autem tria quæ beatitudinem homini adferre possunt putantur. Abundantia scilicet vel sufficientia, Voluptas seu lætitia, Honor seu gloria, quibus rebus antiquis hostis fallendis capendisque animabus in hoc mundo quasi piscator astutus non secus atque efca vtitur, sub qua reatum supplicij perpetui quasi hamum abscondit. Nam sufficientiæ suæ abundantia cupidine capiuntur auari, voluptatum amore irretuntur luxuriosi. Gloriæ vanæ desyderio superbi, & honorum huius seculi ambitio illaqueantur. Quod si cupiam hæc tria simul cum securitate & æternitate suppetere, vtique beatorum dixerimus cui hæc sunt. Sed iam nec tota cuiquam in hac vita proueniunt, nec perpetuo subsistunt: & quam abierint, sunt allatura merorem. In solo deo omnis boni fonte hæc reperiri possunt, dicente domino: In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem. Siquidem non nisi in ipso inuenire possumus requiem animabus nostris.

Ioan. 16.
Mat. 11.

Stadium in
quo mortales
currunt.
1. Cor. 4.

Stadium autem in quo mortales contendunt & currunt cæteris spectantibus, hic mundus est, vbi spectaculum facti sumus mundo, angelis, & hominibus, gloriam profectò vel ignominiam reportaturi. Gloriam vtique, si tandem adepto brauii doceamus non in vno nos curcurisse, confusioem verò si de illorum forte fuerimus, de quibus per Salomonem dicitur: Labor stultorum affliget eos qui nesciunt in urbem pergere. Qui serò consistentes errorem, dicunt: Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Sed quid sibi vult quod ait, vnus accipit brauium? Nonne in hoc nostro cursu quisquis bene curruerit, laboris sui præmium accipiet, vt non doleat incassum se curcurisse? Nonne vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem? Quare ergo dicit, vnus accipit brauium?

Eccl. 10.
Sap. 5.

Vnus accipit
brauium.
1. Cor. 3.
Tribus
modis fi-
deles vni
efficiuntur.

Sed tribus modis vnus esse contingit, videlicet: Primo per fidem indiscissam. Secundo per fraternam concordiam. Tertio per mentem deo fideliter intentam. Nemo enim beatitudinis æternæ brauium accipiet, nisi qui istis modis fuerit vnus.

Sed tribus

Sed tribus modis vnus esse contingit, videlicet: Primo per fidem indiscissam. Secundo per fraternam concordiam. Tertio per mentem deo fideliter intentam. Nemo enim beatitudinis æternæ brauium accipiet, nisi qui istis modis fuerit vnus.

De primo per Apostolum dicitur: Obsecro autem vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia, vt scilicet omnes vnanimis vno ore honorificitis Deum & patrem Domini nostri Iesu Christi. Nam quisquis hæc deseruerit vnitatem, errat vtique sicut ovis quæ perit, futurus præda rugientibus præparatis ad escam. De quibus beatus Iudas apostolus loquitur, dicens: Hi sunt qui segregant semetipsos, animales spiritum non habentes, arbores instructuosa, bis mortua, eradicata, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Isti nimirum sunt qui per sectas & hæreses ecclesiasticam discendant vnitatem.

1. Cor. 1.
Rom. 15.

Iudas apo.

De secundo modo huius vnitatis dicit propheta: Habitare facit (subaudi spiritus sanctus) vnanimis in domo. Hinc ipse Dominus ait: In hoc cognoscet omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Dilectio enim vnitos facit, sicut contrarij odium reddit diuisos. In hoc Dei filius venit in mundum persequens mortem, vt filios Dei, id est, electos qui erant dispersi congregaret in vnum, quibus etiam ipse dicit: Pacem relinquo vobis, quia videlicet sitis inimicem vniti. Quia non poterit vniri per gratiam cum Christo, quisquis discordiam aut odium gesserit cum Christiano.

Psal.
Ioan. 13.

Ioan. 11.

Ioan. 14.
1. Cor. 6.

De tertio dicit Apostolus: Qui adhæret Deo vnus spiritus est. Efficitur autem vnus, dum per intentionem sanctam quæconque aut facit aut patitur, in finem vltimum & optimum, scilicet Deum, fideliter refert & ordinat. Siquidem amando vnum suum nū & verū bonū (quod vtique vni est necessarium) homo efficitur vnus. Qui autē derelicto deo diuersa scaturat, & ipse nimirum varius & permulta mète dispersus, efficitur vagus & profugus super terrā. Va-
gus per effrenē rerū concupiscentiam, profugus per pecca-

Luc. 10.
Gen. 4.

tricem conscientiam. Inquietum, inquit Augustinus, est cor meum domine, donec requiescat in te. Et quanto longius in regione dissimilitudinis ab illo peccator discesserit, tanto maioribus angustiis necesse est afficiatur. Quia ergo felicitatis aeternae brauium non nisi vnus accipiat, studeat quisque dictis modis esse vnus, & sic currere vt non labore in vanum. Vnde subdit:

Sic currite, ut comprehendatis.

Sic curritur ad veteram beatitudinem.

¶ Ritè curritur ad brauium cœlestis per charitatem, per desideria sancta, per bonam voluntatem, per operum bonorum assiduitatem. Attamen vt bene curritur, tria necesse est obseruare. Primum, vt onerosa sarcina deponatur. Secundum, vt aspectus à rebus superuacuis auocetur. Tertium, vt cursus perseveranter continuetur.

Heb. 12.

¶ De primo ad Hebræos scribens ait Apostolus: Deponentis omne pondus & circumstantias nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera sedis dei sedet. Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes. In his si bene aduertas, prædicta tria ad cursum necessaria feriatim docet apostolus. Primum docet quum dicit: Deponentis omne pondus. Secundum quum dicit: Aspicientes in authorem fidei, &c. Tertium quum subiungit: Recogitate, vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Sed vt ad primum regrediamur, nouerimus multiplex esse onus seu pondus quod est deponendum, vt bene curritur ad aeternae beatitudinis coronam.

Onus triplex deponendum.

Est enim onus ignauiae & pigritiae, quo grauatius dicit piger: Leo est in via, laena in itinere, in medio platearum occidentis sum. Ille propter torporis & inertiae suae frigus, terram proprii corporis (nempè agrum feracem) stultus arare recusat. Dignus qui hyeme mendicat, & dicat: Domine domine aperi nobis, & nihil illi detur.

Prou. 26.

Prou. 20.

Mat. 25.

Onus iniustitiae. Mich. 6.

¶ Est proinde deponendum pondus iniquitatis & iniustitiae, dicente domino per prophetam: Nunquid iustificabo stateram impiam, & facelli pondera dolosa, in quibus diuites

diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum? Præmiserat dicens: Adhuc ignis (scilicet cupiditatis inique) in domo impij, & thesauri iniquitatis, & mensura minor, iræ plena.

¶ Est sanè pòdus iniquitatis, siue lucrum iniustum, quasi mola asinaria, imò ipsa mola grauius, profus abiiciendū, non modò ne cursum tuum impediatur, sed etiam ne te demergat in profundum. Vnde in Apocal. dicitur, quòd sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnū, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon, & vltra non inuenietur. Babylon confusionem sonat, & per eam iniquorum vniuersitas rectè designatur, qui omnes per Christum fortem vtique illum & magni consilij angelum, cui dicitur: Accingere gladio tuo super femur

Opes iniquae mola asinaria. Figura.

Apoc. 18.

tuum potèntissimè, quasi lapis mittentur in abyssum, vnde non surgent in aeternū. Claudit enim, & nemo aperit. ¶ Babylon enim vel vniuersitatem impiorum, vt dictum est, vel vnamquamque peccatricem animam significat, que confuso vitae ordine, iustitiae noluit esse subiecta.

Esa. 9. Psal.

¶ Denique abiiciendum est pondus grauatæ & irrequietæ conscientiae, ne forte in operibus manuum suarum deprehendatur peccator, & quasi sur sarcinae pondere tartaratus, & comprehensus per eam coram iudice conuincatur. De hoc pondere per Prophetam dicitur: Iniquitates meae supergressae sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.

Onus irrequietae conscientiae. Psal. Idem.

¶ Secundo necesse est ad bene currendum, vt oculus à curiosis circumspectionibus auocetur, ne forte sibi minus cuius auocetur prospiciens, aut corruat, aut impingat. Oculi nempe factis in capite ipsius sunt, oculi verò stultorum in finibus terre. Oculos habebat in capite suo qui ait: Oculi mei semper ad dominū. Et iterum: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in caelis. Ecce sicut oculi seruatorū in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec miseretur nostri. Quid est autem oculos in capite habere, nisi proponere deum ante conspectum

A superbia curis auocetur. Eccl. 2.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

¶ Secundo necesse est ad bene currendum, vt oculus à curiosis circumspectionibus auocetur, ne forte sibi minus cuius auocetur prospiciens, aut corruat, aut impingat. Oculi nempe factis in capite ipsius sunt, oculi verò stultorum in finibus terre. Oculos habebat in capite suo qui ait: Oculi mei semper ad dominū. Et iterum: Ad te leuaui oculos meos qui habitas in caelis. Ecce sicut oculi seruatorū in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec miseretur nostri. Quid est autem oculos in capite habere, nisi proponere deum ante conspectum

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

flus. In hoc capite mentis nostræ oculos defixos esse debere, scriptura in præactis locis & aliis multis denunciat.

Cant. 5.

¶ Oculi columbe sunt desuper riuos aquarū, & sicut scriptū est, residet iuxta fluentia plenissima, vs illic & sese, pariter & accipitris insidiantis vmbra[m] speculetur. Porro sōns sapientiæ verbū dei in excelis, in quo fidelis anima & seip[s]am & sua pericula (diaboli videlicet insidias) conuertatur. A vanitatibus autem oculos suos auertit Propheta precatur, dicens: Auerte oculos meos ne videant vanitatem.

Eccli. 1.

Psal. 11
Peregrini

¶ Peregrinorum est in terra aliena vanis spectaculis non remorari, sed ad patriam suspirare & transire. Ne forte ad mortē illius que contra veritatem retrospiciens in lapidem versa est, & ipse induretur, sensumque perdens & motum & progredi desinat, & in lapidem versus esse homo desinat. Felicem cursum beati Antonij, dum relicto seculo

Gene. 19.

Exemplū
in B. An-
tonio.

pereteret heremum, remorari volens inimicus, grādem discum argenteum, item præterea auri in istam immodicam in via soluta dinis, teste Athanasio, callidus insidiator obiecit

Perseu-
rantia sic
in cursu.
Math. 10

¶ Tertio ad cursum requiritur, vt cursui perseuerāter instetur, quia non currentibus tantum, sed in cursu vsque ad metā stadij perseuerantibus brauium datur, dicente Christo: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

¶ Sandē ad hūc cursum exēplo gemino nos hortatur Apo-
stolus, simul nos docēs qua prudētia currere debeamus, scī-
licet: Primo, exēplo curritium ad brauium quodlibet hu-
ius seculi. Secundo, exemplo sui cursus & laboris proprij.

¶ Circa primum dicit:

Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere.
& illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

Cur con-
tineas ab
illecebris
seculi.

¶ Qui in agone, inquit, id est, in certamine grandi & ferioso (à quo aut coronandus venit, aut abiciendus cum vituperio) desudat, abstinet vique sine vlla cunctatione ab omnibus que sibi esse possent impedimento, & hoc tamen corruptibilis præmij gratia. Quantum ergo, inquit, huius rei pulere vos debet, quum illi in omnibus rebus continentem se præbeant, si non itidem & ipsi egeritis pro incorruptibili coronam consequenda? Quod si vos minus moueat præmium glorie, ac certe sollicitos reddat proprię cura

cura salutis, & vel ipsius perditionis intuitu ab omnibus abstinere, que vos possunt illaqueare.

¶ Non concupiscitis spolia (ait Machabæus ad socios) 1. Mach. 4
qua bellum aduerfus nos est. Abstinet, inquit, & nō magis Cōsiliū
gis spoliis rapidis, quā[m] vobis ipsius saluāditē inēditē. Hinc Machabæi
etiam spiritalis militiæ dux beatus Petrus: Obsecro vos, 1. Pet. 2.
inquit, tanquā aduenas & peregrinos, abstinete vos à carnalibus delectationibus, que militanti aduerfus animam.

¶ Si cupiam qui in duello cum hoste pro anima sua decertat, delectabilia quælibet ab ipso hoste ad fraudē ostēdantur, profectō non auerteret, imō potius insidias agnoscentes, si non prorsus decipiat, canebit, sollicitior & se defendere, & hostem ferire. Et vtiq[ue] quisquis inconcessa rapere properat, rapiendus est & ipse. Vnde & socij Iudæ 2. Mac. 12.
Machabæi qui in prælio quodam cecidisse memorantur, Socij Ma-
reperi sunt pecunias idolorum absconditas habuisse sub chabæi qua
vestibus. Sed quo ruitis miserj, que vos male sana cupidō re cecide-
præcipitat? Qui d[omi]nū prode[ss]et hominij, si mundum vniuersum runt.
Incretur, animæ verō suæ detrimentum patiar? Si in agone
ueris, ipse trucidet, caue & abstine, quia non sedulitatis,
hoc est, sed insidiarum. Omnis enim qui in agone cōtendit, ab omnibus se abstinere.

¶ Circa secundum, vbi nos exemplo sui proprij laboris & cursus docet qualiter currere debeamus, dicit:

Ego igitur sic curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aërem verberas, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte quum alij prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

¶ Vt certū simus de præmio nostri cursus, ponit se nobis Apostolus in exemplū, quatenus ipsum imitemur. Sic curro, inquit, non quasi in incertum, id est, quasi sim incertus de præmio, vel dubius de veritate promissum Christi. Sic pugno, non quasi aërem verberas, id est, non verbis, sed rebus contendo. Habeo enim & dæmonem ipsum reluctantem, quem plagis assilgam. Et quis ille sit ostendit, quum subdit: Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne quū alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Arguit eos qui gula & ventri sunt addicti, & hoc vitium fouet sub quodam perfectiōnis prætextu, quia perfectioris

se fidei credunt. Ipse verò, inquit, subeo omnem laborem vt continentis viam, & aduersus corpus meum domesticum hostem depugno.

Corpus esse castigandum.

¶ Nempè corpus hoc nostrum violenta quadam tyrannide spiritui aduersatur, impugnatque vt hostis accerimus. Quum autem dicit castigo, etiam plagis se illud arguit assecisse, mox insuper & in seruitutem redigo, intulit, vt intelligatis non aliter illud, quam in serui mortem lasciuientis & còtumacis esse habendum frænandūque & subiugandum. Veruntamen vt à domino, non vt ab hoste. Quibus verbis vtique abstinentiores reddit. Ac si dicat:

Sola fide non saluari permamentem in peccatis.

¶ Si mea hæc non est ad salutem satis vel doctrina, vel prædicatio, nisi & innoxium me præbeam, & prauis facinoribus liberum, quo pacto vos per solam fidem assequi salutem poteritis, qui tot scitis deuincti peccatis? Timens enim Apostolus ipse reprobari, & apud deum indignus laude reperiri, dicit: Castigo corpus meum, & seruituti subicio, nedum alij percipiunt palmam victoriæ: mea prædicatione edocti, ego ipse alienus existam à præmio: suo certe timore ipse nos terret. Quid enim faciet agnus, vbi aries tremit? Quid faciet gnauus, vbi formidat gigas? Quum ergo se dicit timere, nouerimus multo magis nobis esse timendum.

¶ Circa secundum principale dicit:

Nolo autem vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moysè baptizati sunt in nube & in mari.

¶ Hic ostendit fidem atque baptismum sine dicto cursu non fat esse ad salutem. Quod vt per figuram declaret, enumerat quantis olim Israelitæ fuerint à deo dignati muneribus, ex quibus tamen plurimi eorum deo minime placuerant. Planè demonstans, vt quemadmodum ea res nihil illis profuisse videri sit, quippe qui nullum ex se benemerenti deo munus rependerint, sic & nobis fides ipsa, aut collata in nos spiritualium sacramentorum beneficia nil proculdubio sint profutura, nisi ipsi nos diuina gratia dignos exhibeamus.

Beneficia ingratiudinem exaggarare.

¶ Primum itaque eos sub nube fuisse dicit: Extendit quippe nubem in protectionem eorum. Quemadmodum autem quum

quum illos ex Aegypto cum vniuerso exercitu persequeretur, nubes se inter eos & Aegyptios collocavit, eoque Exod. 14. proterit, liber exodus declaratur. Rursus, quemadmodum nubes se expandit super tabernaculum testimonij, & ad illum motum & ipsi castra mouebat, & stante nube denouo figebant tabernacula, libri Numerorum docet historia. Num. 9. Proinde quòd mare transierunt, & omnes in Moysè baptizati sunt, hoc est, sub Moysi ducatu. Baptizati, inquam, figurali quodam & rudi baptismate. In nube & in mari, nubes spiritus sancti virtutem, rubro verò mari passionem & mortem domini præferentibus.

¶ Præcedebat ergo, vel ex eo tempore baptismatis figura in nube & in maris transgressu. Vbi illis tunc Moyses sicut figuræ cum & nobis Christus dux fuit. Illos ab Aegypto & Pharaonis seruitute Moyses eduxit, nos à peccatis nostris & diaboli potestate Christus liberauit. Illorum hostes in mari rubro demersi illos persequi cessauerunt. Nos à peccatis nostris Christus dominus sanguine suo lauit, ne nos opera nostra mala sequantur, & comprehendant & perdant. Mortè illi euaserunt per nubem & per mare, nos per Christum & gratiam spiritus sancti in sacro baptismi lauacro à peccati morte liberamur. Et subiungit:

Et omnes eandem escam spirituales manducauerunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt. Bibebant autè de spiritali confluence eos petra. Petrus autem erat Christus.

¶ Omnes, inquit, eadem escam spirituales manducauerunt, videlicet, postquam in nube & in mari figurati baptizati sunt. Sanè vt illi manna traiecitò mari in escam habuerunt, sic & nos baptismatis vnda perfusi, corpus dominicum manducamus. Et sicut illi de percusso lapide aqua biberunt, ita & nos sanguinè domini. Appellat autè manna, escam spirituales, & aqua de petra potum spirituales, quum tamen res sensibiles essent, quia non naturæ ordine, sed virtute spirituali, videlicet diuina, producebatur. Et quia hæc ad fidem illos & credulitatem in ducebant, non corpora solum, sed & animas illorum nutrebat, vt propter hoc escam illa spiritualis, & ille potus spiritualis merito dicantur.

¶ Proinde spiritualia illa fuisse ideireo dicitur, quòd corpus & sanguinè domini significabant, quæ in ecclesia cõ-

Cõcordia figuræ cum veritate.

Apoc. 11

Manna & aqua de petra quorundam typus.

fecerant, & in alimoniam vitæ spiritualis fidelibus admittantur. Manna illis cibus non eorum productus labore, sed è cælo missus appositus est nobis Christus sub visibili panis & vini speciebus occultatus omnipotentis dei virtute ac munere è cælo missus, confertur. Vnde ipse ait: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi.

Ioan. 6. Manna cur prima fabbathi datus
Exod. 16. ¶ Nec ociosum est quod manna illud prima fabbathi, id est, in prima die post fabbathi, (quæ iam ob reuerentiam dominicæ resurrectionis dies dominica vocatur) primum è cælo ad populi refectiorem descendit, hoc nempe futurum esse portèdèbat, quòd in dominicæ resurrectionis die hoc cælesti pabulo fideles reficerentur. Quòd autem dicit eos bibisse de spirituali còsequente eos petra, quæ petra Christus erat, insinuat vtique lapidis illius naturam potum hunc nequaquã præstitisse. Quòd & si aliàs fecurisse conceditur, spiritalis tamen alius lapis id omne operabatur, id est, Christus. Christus enim heri & hodie, ipse & in secula.

Heb. 13.

¶ Consequente autem eo dicit, nõ quasi illa petra Oreb, rupes immobilis illos quocumque pergebãt sequeretur, sed consequente eos, id est, vsque ad eos te vel iam tunc extendente, & eorum desyderiis parente. Vel ideo consequente dixit, vt ostenderet Christum eundem hunc illis vbique affuisse, & huiuscemodi miracula factitasse omnia.

¶ Quod autè illi deo pro tot & tantis beneficiis repèderint, patefacit, quum subiungit, dicens: Sed nõ in pluribus eorum beneplacitum est deo. Nam prostrati sunt in deserto. Quannus enim tanta suæ dignationis indicia circo illis ostenderit deus, nihil tamen, inquit, est horum (maiore in parte) oblectatus operibus, quia nullum erga beneficiu dominum amorem præulerint, id eòque prostrati sunt in deserto, repentina perditione & strage diuinitus illis illata.

¶ Sed quare in pluribus illorum deo non còplacuit, quare denique in deserto prostrati sunt, quibus tanta amoris indicia deus exhibuit? Respondetur, quòd propter illorum ingratitudinem, quæ fuit eo detestabilior, quo maioribus à deo fuerant muneribus cumulati. Hanc ingratitudinem probant multa. Primum, quòd idola sibi fecerunt, & honorem soli debitu deo illis exhibuerunt, dicentes: Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra A Egypti. Secundum, quòd

Exod. 32.
Exod. 17.

quòd manna fastidientes carnes & viles A Egypti cibos concupierunt. Tertium, quòd de labore itineris impatientes murmurauerunt, obliu laboris & afflictionis in Num. 11. A Egypto longè durioris, vnde illos dominus liberauerat. Quartum, quòd duces sibi à deo datos contempserunt, oderunt, & pro summis eorum in se benemeritis, hos (omnium ingratisimi) lapidare voluerunt. Quintum, quòd in A Egyptum, vnde illos dominus valida manu eiecerat, denno redire voluerunt. Ex quibus omnibus quoniam Num. 14. ipse erudimur, subdit, dicens:

¶ Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum. Vt videlicet non arbitremur nobis fat esse ad salutem, quòd baptisimi gratiam còsequenti, quòdque sacramento dominici corporis & sanguinis refecti sumus, quòd per Christi passionem & mortem redempti, quòd euangelica doctrina illuminati sumus, si ad morem illorum per auaritiam idola nobis fecerimus, si creaturã potius quàm creatorem coluerimus, si diuina parupendentes beneficia fastidimus, si de iugo Christi suauis & leui onere, vt serui cõtumaces murmurauerimus, nõ aduertentes peccatorum sarcinam esse longè grauiorem. Si præterea duces nobis & monitores à deo datos oderimus & contempserimus. Si peccandi voluntatem quasi in A Egyptu redeundi propositum apud nos habuerimus. Quinimo si in his aut similibus similes illis fuerimus, parem cum illis exitum fortiemur. Sed si nondum totaliter obstupimus, illorum cladibus redditi, cautiores in his breuissimæ vitæ stadio: sic ad promissæ beatitudinis brauium contendamus, vt proptio deo tandem illud nos comprehendisse gratelemur.

DOMINICA IN sexagesima.

Fratres, si estis suffertis insipientes, qui stitis ipsi sapientes. 2. Cor. 11. ¶ Apostolus qui necessitate compulsi videtur in hac lectione semetipsum commendare, circa hoc deo facit. Primo ponit huiuscemodi suæ commendationis rationem. Secundo ipsam commendationem. Primum facit paululum ante lectionis istius initium, ab

k ij

illo videlicet loco vbi ait, Gratis euangelium dei euangelizauit vobis. Secundum ibi: In quo quis audet.

Pseudoapostoli cur insipientes. Circa primum est aduertendum, quod Apostolo Paulo à Corinthiis abscedente, & ad regiones alias euangelicæ prædicationis gratia se transferrere, irruerunt Corinthiis pseudoapostoli venientes à Iudeis, qui in hoc ab Apostolo appellatur insipientes, quod euangelij gratiã non sufficere ad salutem asserabant, si nõ & circumcisionem & ocium sabbathi, ceteraque huiusmodi carnalia legis præcepta fideles seruarent. Ad hæc, Paulum verum Apostolum nõ esse, eo quod à domino in terris adhuc conuersante nõ fuerat vocatus, vt vel sic Corinthiis & ab Apostolo face- rent alienos, & ad se illos pellicerent, quod & fecerunt, plurimos ex simplicibus decipientes. Proinde questus gratia Corinthiis prædicabatur, semetipsos miram in modum cõmendantes, extollentes se vanissime, & inaniter gloriãtes.

Quam igitur Apostolus vt eorũ dolis occurreret, ne credentes falso dogmate ab illis corrumperetur, & ipse cõpulsus est se cõmendare. Veraciter tamen & temperanter, nõ seipsum insolenter iactans, nec questus gratia sicut illi faciebatur, sed Corinthiorum consulens salutem. Vos, inquit, cogistis me huiusmodi obicere. Nam si illos non excepiissetis, idque & vobis non obfuturum præuidissem, nequaquam & ipse ad hæc descēdissem. Longe ergo dissimiliter questũ & falsam doctrinã, Apostolus propter fideliũ salu- tem & dei gloriã se prædicabat. Vnde & apostoli gloriatio sancta erat & virtuosa, illorum vero iactantia vitiosa & inanis.

Vt igitur eorum rapacitatem confutaret, quum potuit ipse à Corinthiis sumptus accepisse, (propterea ipse dominus ordinauit) propter pseudo tamẽ vtĩ noluit hac sua libertate. Vnde ipse ait: Gratis euangelizauit vobis, alias ecclesias expoliari accipientis stipendia ad ministrum vestrũ. Et quum essem apud vos & egerem, nullũ onerum fui. Nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia. Et in omnibus me vobis sine onere seruauit & seruabo: quod facio, vt amptem occasionem eorũ qui volunt occasionem, scilicet pseudoapostolorũ, qui (vt dictum est) propter questum prædicabant. Vt in quo gloriantur

tales, scilicet de verorũ apostolorũ imitatione (vt ipsi dicebatur) inueniatur sicut & nos, scilicet nihil accipientes: quod minime essent facturi. Nã eiusmodi, inquit, sunt operarij subdoli, transfigurates se in apostolos Christi. Et nõ mirũ. Ipse enim satanas transfiguratur se in angelũ lucis. Nõ est ergo magnũ, si ministri eius transfiguratur, veluti ministri iustitiæ, quorũ finis erit secũdũ opera ipsorũ.

Quom igitur Corinthij huiusmodi supportarent, multo magis ipsum apostolum sufferere debebant. Libenter, inquit, sufferitis insipientes. Insipientes dicit qui rebus carnalibus gloriantur. Nam si dementis est de spiritualibus donis gloriari, quanto magis insulsum videbitur se de illis iactare quæ nullus prorsus sunt momenti? In hoc quoque insipientes, quod non pro gloria dei aut mercede aeterna vel audiendum salutem, sed temporalis lucri & humane laudis gratia prædicabatur. Illud autẽ: Quis sitis ipsi sapientes, & si ad gratiã dictũ esse videtur, vt et tamẽ hos acrius, & criminatur, vt qui sciẽtes delinquerent. Nã si dementi fuissent morbo correpti, veniã fortasse meruissent. Intelligi tamẽ potest vt per ironiã sit dictũ, vt sit sensus: Quom sitis insipientes, putantes vos esse sapientes, non est mirũ si patienter sufferitis insipientes pseudoapostolos. Sequitur:

Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos edit, secundum ignobilitatem dico.

Sustinetis enim, inquit, si quis vos in seruitutem redigit: hoc est, si quis vos sibi subiiciendo & ad obseruationem abolitæ legis Moysi vos constringendo, obseruationem quæ per Christum vobis concessa est. Vbi eos abiectionis arguit & infimæ seruitutis, quippe qui maximum in modum falsis Apostolis succubissent. Volebant enim illos in seruitutem legis redigere, vt circumcisionis iniuriam & ocium sabbathi, & ceteros abolitæ legis ritus inutiles obseruarent: alioquin non posse saluari per gratiam Christi, quæ nimirum grandem præferunt seruitutem.

Quom autem subiecit: Siquis deuorat, si quis accipit, postoli accipientes. Nam quom dicit deuorat, id vtique præterdit muneribus illorum non poterat expleri cupiditas. Suis enim

Inicium lationis.

Pseudoapostoli accipientes.

adulationibus & laudibus exilabant illos quos decipiebant, & in conuiuio sumptuosius deorabant eorum facultates. At tamen illi contenti erant depasci res suas ab huiuscemodi impostoribus.

Pseudoapostoli iactabundi & arrogantes.

Falsi apostolice abutuntur à se deceptis.

Nobilitas carnis uane iactatur.

¶ **C**irca rursus, inquit, sustinetis, si quis extollitur de origine carnali se iactans, aut de scientia legis superbit, & sic in uos dominatum exercet & insolentiam. Non enim humiles se in subditos exhibent humilidum arrogantes inuasores usurpatorisque, sed molestos & graues. Vnde subdit: Si quis in faciem uos cedit. Corinthiorum arguit iniuriam & ignominiam, quandoquidem eis pseudoapostoli tanquam seruis uterentur. Hæc autem dicit, non quia in faciem cederent, sed quia non minoris essent iniuriæ quæ illi patiebantur, quam si in faciem uapalissent, quod sanè illis ad uituperationem obiecit. Quid enim uel inhonestissimum fieri potest, quando hispiis libertate adempta honore priuatis, & demum subtrahis pecuniis, uterentur pro seruis?

¶ **Q**uom ergo dixisset: Si quis in faciem uos cedit, mox exponit quid sit in faciem cedi, quom subiunxit: Secundum ignobilitatem dico. In faciem enim quompiam cedere, est ei sui generis ignobilitatem improperare, sicut isti falsi Apostoli Iudæi quom essent, Corinthiis improperabant quod essent ignobiles genere, quorum progenitores semper idololatras fuissent, demones & lapides pro deo uenerantes. Se uero illis grandi intervallo præferrebant, iactantes quod è genere Patriarcharum & Prophetarum originem ducerent, de quorum stirpe ipse Christus natus esset. Sed grandis est stultitia aliquem per regenerationis gratiam iam effectum, iactare generis nobilitatem, quom dominus dicat: Omnes uos fratres estis. Quisquis igitur uobis aliquid de ignobilitate generis improperat, perinde est ac si ille uos pugnis ignominiose in faciem cedat. Sequitur:

Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.

¶ **H**oc est, Sic præferunt se nobis illi, quasi nos in hac parte, id est, generis nobilitate illis non essemus pares, & sic etiam à uobis pro nihilo ducimus. De se loquens Apostolus, & sui causa, subintrodixit & personam Barnabæ filij sui, qui ex eodem Iudæico genere erat ortus.

¶ **E**t

¶ **E**t non modo, inquit, se illi præferunt nobis, sed etiam (quod indignum magis est) à uobis & illi nobis præferunt, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. Quom reuera illi sint nobis infirmiores in hac parte generis, de qua inuoluntè gloriantur. Dicentes enim se esse filios Abraham secundum carnem, non sunt ueraciter filij Abraham per fidem & operationem, quom non sint ipsius imitatores. Nos autem non solum ab Abraham carnem originem trahimus, sed (quod est longe præstatius) etiam per fidem & operationem patrem Abraham imitantes, uerè ac merito illius filij sumus.

¶ **C**irca secundum principale dicitur:

In quo quis aude, in insipientia dico, audeo & ego.

¶ **P**osita causa suæ commendationis, hic ponit ipsam sui commendationem. Duobus autem modis se commendat. Primò, se pseudoapostolis adæquando. Secundò, se illis præferendo, ibi: Ut minus sapiens.

¶ **C**irca primū dicit: In quo quis aude. Audaciam & insipientiam pseudoapostolorum suggillat, quasi dicat: Ad eam rem coactus deuenio, ut illis & audacibus & insipientibus, me cõpellat secundum apparentiam adsimilare. Et hæc ideo subnectit, ut & nos cõmonefaceret minus esse ad eiusmodi uerba diuertendū, nisi cogat necessitas. Ait ergo: Quancumque in re glorjari quis audeat, & ipse ausim. Audeat illi glorjari de nobilitate generis, licet insipienter dicat, audeo & ego hinc glorjari. Insipientia est enim in qua glorjatur, quia ut magni uideatur, de carne se iactant. Apostolus autem si quid de se dicit, non pro sui iactantia facit, sed ut illos confutet. Ideo uero ait: In insipientia dico, quia stultum uidetur (quantum ad homines pertinet) ut quisquam sibimetipsum testimonium laudis ex re quacumque perhibeat.

¶ **A**postolus autem non erat insipiens, quia non sponte hoc agebat, nec pro laude humana, sed coactus (ut dictum est) quatenus, scilicet laude huiuscemodi sua, Corinthios ad Christum, & ad amorem sui reuocaret ab his qui illos deceperant pellicientes. Proinde uel hac ratione insipientem se pronuntiat, & imprudenter se agere quod se commendat, ne illi prudentes uiderentur in hac parte ac nobiles, qui se de generis nobilitate iactabant. Exinde enumerat quibus illi in rebus gloriantur, dicens:

k iij

Pseudoapostolus se Paulus adæquat.

Apostolus cur se commendat.

Hebræi sunt, & ego. Israelitæ sunt, & ego. Semen Abrahæ sunt, & ego. Ministri Christi sunt, & ego.

Non oēs Hebræos Israelitas esse.

Gen. 21.

Rom. 16.

Hic se Paulus pseudoapostolis præfert.

¶ Quum non omnes Hebræi essent Israelitæ (siquidem & Moabitæ, & Ammonitæ, & Ismaelitæ Hebræos se dicebant, quia ab Heber descendissent) propterea generis nobilitatem diffiniens intulit: Semen Abrahæ sunt, & ego. ipsum Isaac designans. Nempæ ad Abraham dictum est à domino: In Isaac vocabitur tibi semē. Dicit ergo: Hebræi sunt natione & lingua, & ego. Israelitæ sunt secundum ritus & legem, & ego. Semen Abrahæ sunt, non profelii vel aduenæ, & ego. Ministri Christi sunt, & ego. Verumtamen pseudoapostolos ministros Christi esse intelligendum est secundum apparentiam, non secundum veritatem, quum de ipsis alibi dicat: Huiusmodi Christo domino non seruiunt, sed suo ventri. Atamen Christum prædicando, ministri Christi apparere nitentur. Secundum opinionem verò Corinthiorum qui ab illis decepti erant, ministri Christi palam vocabantur, quasi dicat: Et si ministri Christi sunt, & ego Christi minister non modo sum secundum apparentiam, sed & secundum rei veritatem.

¶ Circa secundum modum quo Apostolus se commendat, pseudoapostolis se præferendo, dicit:

Vt minus sapiens dico, plus ego.

¶ Ac si dicat: Ego illos hoc ministerij munere longo intervallo excefferim. Quū verò vt minus sapiēs inquit, humilitatis fide profunditate demonstrat, & se coarctū (vt discū est) in laudes proprias prorupisse. Nam qui ea sponte refert que ad propriam laudem proficiunt, insipiens est.

Quæ sequitur verè apostolum exprimit. Agones Pauli.

¶ Exinde dinumerat ea que verè apostolū exprimit, & signa preteritis à tētationibus & passionibus suis orditur, d.

In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum.

¶ Ab hoc loco vsque ad finem lēctionis præfert se B. Paulus pseudoapostolis, & quantum ad mala pro dei amore perpessa, & deinde quantum ad bona à deo recepta, ibi: Si gloriarī oportet.

¶ Circa primum duo facit. Primo enumerat mala quæ pro Christi amore pertulit. Secundo ea mala quæ euasit, ibi: Damasci præpositus. Circa primum tria facit. Primo commemorat

commemorata mala sibi illata. Secundo, voluntarie assumpta. Tertio confirmat quadam dicta. Secundum, ibi: Itineribus sæpe. Tertium, ibi: Si gloriarī oportet.

¶ Circa primum dicit, In laboribus plurimis, Q. d. In his Christo deservio, in quibus apparet me plus illis esse Christi ministrum. Licet enim illi qui se mihi præferūt, in aliis quibus fortasse laborauerint, ego tamen plus illis laboraui. Non modo enim subeo labores innumeros, & vagus Christo per varias regiones & loca noctū & interdiu multos ad fidem erudio, quæ tamen manibus operor, & plagis affligor, & his supra modum, & quod grauius est, plagis istis etiam carcer adiicitur.

¶ Sed quum alibi dicat: Fidelis deus qui nō patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere, quare hic dicit se plagis supra modum affici. Profecto, quia multa sustinuit supra modum humanum, & supra virtutem humanæ fragilitatis, vt quum Lystra extra ciuitatē lapidatus pro mortuo relictus est, sed non supra virtutem diuinam, idēque potuit ea & sustinere & superare. Virtus enim omnipotentis dei, sufferendi fortitudinem inuictam Paulo suppeditabat, sicut ipse ait: Omnia possum in eo qui me confortat. Philip. 4.

¶ Non autem ego, sed gratia dei mecum. Sequitur:

In moribus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi.

¶ Non solum voluntate demoritur Paulus, sed sæpenumero periculis indubie mortem afferentibus destinatur, vt merito pro se illud assumpserit. Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Nam à Iudæis, inquit, quinquies quadragenas vna minus accepi, scilicet plagas.

¶ Sed quare vna minus? Ad hoc dicitur, quod præceptum est in lege, vt quum delinquentem iudices verberarent, ita modum temperant vindictæ, vt numerum quadragenarium plagæ non excederent, ne fœde laceratus coram eis frater laceraret. Quod ergo per quinque vices illatum sibi est, hic summam tangit Apostolus. Nam quinquies flagellatus à Iudæis, plagas triginta nouem secundum legem Moysi, quasi hostis & transgressor legis, accepi. Et quauis

Quæ sibi illata pro Christo

1. Cor. 10.

Act. 14.

Philip. 4.

Psal.

Vna minus.

Deut. 25.

circa ceteros delinquentes de dicto plagarū numero partem bonam detrudere solerent, hanc tamen suam indulgentiam Apostolo, quem impense odiebant, negauerunt, quominus poterant dictum numerum diminuentes. Sequitur:

Ter uirgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci. Nocte & die in profundo maris fui.

¶ Ter, inquit, uirgis caesus sum. Hoc à Gentibus passus est. A Iudaeis uero semel lapidatus sum, inquit, & hoc in Lystris ciuitate Lycaoniae, ut dictum est, sicut Lucas commemorat. Nec tamen uulnera quae passus est Paulus, Lucas conscripsit, pleraque enim hoc loco enumerata discrimina ille omisit, quia non ad ostentationem scribendi laborem Lucas insumpsit.

¶ Ter, inquit, naufragium feci. Nocte & die in profundo maris fui. Sed quid hoc ad euāgelium si naufragium feceris?

Quia euāgelij diuulgandi gratia longius saepe maritimum iter nauigando emensus naufragus fui. Diem uero & noctem in profundo subnatans egit. Licet quidam dicant Apostolum non fuisse in mare demersum, ibique in profundo aquarum negent nocte ac die fuisse, tenenda est certe sanctorum patrum traditio, quia in ueritate casu prolapsus est in profundo maris, ubi circumfusus fluctibus die simul ac nocte fuit, post deo gubernante liber ad terram rediit.

Exod. 14.
Iosue. 3.
Num. 21.
Ionæ. 1.
Mat. 14.

¶ Nunquid ergo ipse qui in exitu filiorum Israel de Aegypto mare diuisit, & postea Iordanem & torrentem Arnon, qui etiam seruauit Ionam in ventre ceti, & Petro mare calcabile prebuit, non potuit etiam militem suum, egre-giumque praedicatorum Paulum in profundo maris seruare, ut neque à circumpositis praefocari auique, neque à bel-luis marinis deuorari poneretur? Potuit utique, & fecit. Denique non est magis mirandum, Paulum nocte & die in profundo maris illaesus, seruatusque diuinitus fuisse, quam Petrum super undas maris non insulis ambulasse uestigis. Vtrobique laudanda est dei bonitas, & ipsius mira potentia ueneranda.

¶ Porro in Paulo, qui è profundo maris emergens saluus euasit domino protegente, hi significanti, qui de profundo perturbationum & periculorum huius seculi à domino quotidie liberantur, & ad litus aeternae securitatis incolunt

mes

mes pducitur, quòd inter huius seculi fluctus constituti, nec in fide ueritatis, nec in spe misericordiae dei dubitauerint.

¶ In Petro uero, qui primū sicco uestigio mare calcauit, Quos si sed dubitate quòd cepisset, mox cepit & mergi, Domino autem illi manum porrigente, è fluctibus saluatus, & ad terram perducus est, ipse sibi met futurorum fuit figura. Dubitabat enim quando negabat. Vidit enim uentum validū uenientem, id est, Iudaeorum immanem ferocitatem, & timuit. Et quum per negationis culpam cepisset mergi ut periret, diuinae gratiae respectu cœlestium respuit, & egressus foras à conuentu malignantium fleuit amare, & rursus ad fidei constantiam releuatus est.

¶ Proinde in Petro & hi designati uidentur, qui absente procella tentationis incedunt securi, illa uero intonante, pusillo effecti animo, deficientes clamant: Domine saluum me fac. Et iterum: Domine salua nos, perimus. Tum denique dei gratia subleuantur, ne profus excidant à spe salutis, & à procellis tentationum superentur, & ad terram uidentium diuino munere perducuntur.

¶ Secundo memorat Apostolus labores & mala uoluntarie pro Christi nomine assumpta, dicens:

In itineribus saepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.

¶ Aduertere est uel hoc loco, quanta pro Christi nomine pericula adiuit. In itineribus, inquit, saepe: nec dubium quin euāgelij praedicationi gratia. Periculis fluminum quae tempore hyemis uel pluuarum, uel resolutionis niuium, suas ripas transcendenter, & periculis obnoxium iter reddidere uianibus. Flumina quippe Apost. frequenter traicere cogebatur.

¶ Periculis latronum, quos diabolus quum eum in ciuitate occidere non permitteretur, obiecit ei in uia, quum tamen nihil illi secum ferret, quod latrones cuperet auferre. Fieri etiam potuit ut Iudaei uel pseudoapostoli immittere ei latrones, ut quum ipsi illum publice interficere non auderent, à conductis per eos latronibus interimeretur.

¶ Periculis ex genere. Saepe enim fuit in periculo à Iudeis

Quos si
guarit
Petrus.
Luc. 22.

Ibidem.

Mat. 14.
Mat. 8.

Que mala
Paulus spò
taneus pro
Christo
assumpsit.

fratribus suis secundum carnem, qui in illum hoc acerrimo odio ferebantur, quod relicta lege ad Christi euangelium cum eorum grandi iactura transferat.

¶ Periculis ex Gentibus, qui volebant eum interficere, quia illorum idololatram ubique terrarum destruebat. Multa siquidem ob hæc à principibus & Gentium Philosophis passus est, quod mysteria incarnationis filij dei, passionis, resurrectionis, ascensionisque in cælum, & vnus veri dei cultum idolorum culturam confutando constanter omnibus Gentibus prædicabat. Vnde factum est, vt nec inter suos, scilicet Iudæos, nec inter externos (Gentes scilicet) tutus esset.

¶ Periculis in ciuitate, ex commotione ciuium contra ipsum. Periculis in solitudine, videlicet, vel à feris, vel à serpentibus, vel inopia necessarij comæatus. Fieri potuit vt illi diabolus, non solum per homines malos, sed etiam per ferocissimas bestias contra eum in solitudine excitatus persequeretur, ne huiusmodi ferocium occursum terrifico, auderet de loco ad locum transire.

¶ Periculis in mari, licet non à mari, sed à piratis, vt diuersum sit à superiori, vbi ait: Ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui. Erat enim consilium militum, vt omnes vinciti qui in navi erant, occiderentur, inter quos vincitus erat & Paulus. Sed Centurio hoc fieri prohibuit, volens seruare Paulum.

¶ Periculis in falsis fratribus. Et id quidem est tentationis genus quod dolore afficit acerbiori, quandoquidem à fratribus & nomine simulatis & fictis parantur insidie. Id quidem & Dauid deplorat, quom dicit: Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Sequitur: Tu verò homo vnanimis, &c. Et iterum: Homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me sup plantationem. Sequitur:

In labore & ærumna, in uigiliis multis, in fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate.

Paulus p- Paulus p- batus mini sti. Laborabat enim operando manibus suis, vt hinc exterpens accipiens, non grauaret eos quibus prædicabat. Vigilabat frequenter: & noctes ducebat infomes, quippe, vel

vel laboras, vel docens, vel orans. Non enim satis ei erat, que forinsecus molesta inferebantur, pro Christi nomine perferre, nisi & ipse se sponte laboribus & ærumnis & vigiliis maceraret, custodiens propter aliorum exemplum vias duras. A Erumna, lassitudinem & miseriam significat, vt non putes eum ex labore delicias sperasse. Vigilabat, inquam, post diurnos labores, ex causis iam dictis. Nunquam verò persecutionibus insectatus necessitate vigilabat noctes totas, quòd quiescendi spatium non daretur. Curis rursum & angustiis prementibus fugiebat frequenter somnus ab oculis eius. In fame & siti, inquit.

¶ Tanta perpeffus orbis terrarum doctor, nondum erat vel necessarij victus copiam assequutus & vestium, sed nudus afflictabatur, & decetabat famelicus. Iudæis siquidem insectantibus, ipse de loco ad locum transire coactus, necessario sepe vidu fraudatus est. Ieiunia proinde multa sustinuit, quedam volens, cætera coactus. Ad rigidi frigoris depulsionem, memorat ipsum Lucas propriis manibus sarmenta collegisse, id quibus vipera à calore ignis procedens, ipsius manum inuasi.

¶ Verum tot rebus aduersis enumeratis, numerum tamen eorum nullum expressit, quò conuerterat ad Christum. Quod eo fecit, tum vt humilitatem seruaret, tum vt commonefaceret, vel si aliud nihil insudandi pro Christo premij obueniret, fat tamen id fore mercedis. Proinde omnia mala hæc, quæ se perpeffum dicit Apostolus, siue illa, aut voluntarie ab eo assumpta fuerint, siue ab aliis illata, extrinseca & in corpore suo fuerint. De malis verò seu rebus molestis ob Christi amorem in spiritu, vel perpeffis, vel sponte assumptis, consequenter subdit, dicens:

Præter illa quæ extrinsecus sunt. Instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum.

¶ Præter ea, inquit, mala quæ extrinsecus sunt, id est, quæ corpus afficiunt, quæ iam memorauimus, alia adhuc multa superant, & quidem me vehementer afficiunt, vt pote, instantia mea quotidiana, id est, assidua mea sedulitas & diligentia, quæ non habet intermissionem, sollicitudo scilicet omnium ecclesiarum, quæ sollicitudo ex camino charitatis indubie procedit, quæ charitas quanto maior est,

Act. 28.

Quæ ma-

la interius

vel assum-

psit, vel

passus est

Christi.

Pauli solli-

citudinis pro-

omnibus

ecclesiis.

tanto & acriores plagæ de peccatis & malis alienis. Id plañe est omnium maximũ. Nam & si ei qui vel domus vnus curam susceperit, (eius præsertim qui seruos habet multos & dispensatores multos) vix datur respirandi facultas, quidnam pati existimandum est animulam vnã cum tot periculis orbi terrarum prospicientem, certantẽque pro animarum salute? Talis profecto erat Apostoli sollicitudo, qualis paterna solet esse siue materna, tanta & talis, vt dicat:

Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uor?

Quantus
Pauli zelus
fuerit.

¶ De omnibus fidelibus & singulis siue egregius sit ille & præpotens, siue vilis & tenuis, quis infirmatur vel in fide, vel in moribus, anime scilicet, vel etiam corporis morbo? Non dixit: ego tristitia: illius particeps sum, sed non aliter me habeo, quã & ipse egrescet: aut que ille sentit, ego in meipso sentirem. Propter nimiam certe dilectionem intantum compatiebatur infirmis, vt etiam ipse videretur infirmari, illorum infirmitatem suam esse existimã. Qui & rursum inquit:

¶ *Quis scandalizatur, & ego non vror?* Doloris exprimit magnitudinem, quam dicit, vror. Quasi dicat: Vror enim & ardeo, quum specto quempiam (& si abiectionis sit fortunæ) offendi, incredibili ob hoc dolore conficior. Quis autem scandalum illud significat, Propheta nobis patefacit, quum dicit: Dum superbit impius, incenditur pauper. Hoc est: Perturbatur animo pauper, conspiciens indignos & opibus abundare, & efferti honoribus. Sicut ergo dixerat, Quis infirmatur, & ego non infirmor? sic etiam, inquit: Quis scandalizatur, & ego non vror? Scandalizatur, inquam, id est, spirituale detrimentum patitur, perturbatur, affligitur, peruertitur, aut corrumpitur, vel à prauis hominibus seducitur, & ego hæc eadem me detrimenta in memetipso sentire non arbitror? Haud dubitè in its omnibus vror & craciore, non secus ac ille qui ea patitur in seipso. Quum ergo res molestas seu mala, & pro Christi nomine ab aliis perpessa, & etiam sponte assumpta numerasset, mox quasi ex dictis cõcludens subdit:

Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.

Et nos

¶ Et non de carnis origine, vel generis nobilitate, sicut pseudoapostoli gloriantur, sed de his gloriabor, quæ in firmitatis meæ sunt. Infirmitatem, persequutiones suas appellat. Siquidè in fame & flagris & naufragio tolerandis, hominis probatur imbecillitas. Nullam autem hoc loco Apostolus signorum facit mentionem, quia dei munere singulari, nõ humana virtute hæc debebantur. Aduersa autem hæc dei nutu patebantur, in quibus ferendis summam tolerantiam exhibebat. Dixerat enim de illo dominus: Ego ostendam illi quanta eum oportet pro nomine meo pati.

¶ Proinde quum dicit: Si gloriari oportet, vtique innuit, quòd gloriari illum oportebat, & suas numerare passiones non pro se, vt videlicet hinc sibi aliquid accresceret ante deum, sed pro illorum salute quos volebat à falsis apostolis ad se reuocare, & vt se aliis preberet imitabilem. Si, inquit, gloriari volunt hi, qui seducunt & separant à me mihi detrahendo, in his rebus glorientur, in quibus & ego glorior, licet inuitus & coactus. Verum in his & similibus illi gloriari non possunt, sed de nobilitate generis Abraham, de qua ego nolo gloriari, quanquam ex eodem genere & ipse originem ducam.

¶ Sed quum dicat Salomon: Laudet te alienus, & non ostium, quare sancti bona sua interdum narraffe, & se commendasse reperiantur? Verbi gratia: Beatus Iob de se loquens, ait: Pes sui claudò, & oculus cæco, pater eram pauperum. Et iterum: Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Et multa in hunc modum. Respondetur, quod sancti bona opera sua leguntur laudabiliter commemorasse, vel propter famæ conseruationem, vel propter spei corroboratiõem, vel propter gloriam dei, & proximorum ædificationem.

¶ Propter primum laudauit semetipsum Samuel coram cætu filiorum Israel, quum iam annis multis iudicasset populum, & senissset, dicens: Conuersatus sum coram vobis ab adolescentia mea vique ad hæc diem, ecce præsto sum. Loquimini de me coram domino, & coram Christo eius, id est, Saul rege, vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum. Si quempiam calumniatus sum, aut oppressi aliquẽ, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnam illud

Quare signorum nullam fecit mentionẽ, Act. 9.

Prov. 27.

Iob. 29.

Iob. 31.

Propter famæ conseruationem. Samuel.

1. R. eg. 12.

hodie, restituamque vobis. Testis enim mihi est dominus, quod non inuenietis in manu mea quicquam mali.

¶ Hęc dixit Samuel corā populo, & corā Saul rege nouo, propter nominis boni & famę tuitionem, presentibus etiā filiis suis, qui iam à paternis cęperant moribus declinare ad illorum & regis correctionem. Itaque quum propter obtruncantium maledicentiam, vir quispian iustus aduertit famam suam periclitari (quum illa fit cuique necessaria, dicente scriptura: Curam habe de bono nomine) potest vtique propter ipsius tuitionem à se bene gesta citra culpam commemorare.

Eccl. 4. 1.

Propter speci subleuationē. ¶ Propter secundum, id est, speci corroboracionem laudauit semetipsum, & bene actam vitam suam Ezechias rex Iuda. Is enim quū egrotaret vsque ad mortem, & ex ore Esaię prophetę audisset dominam dicentem sibi: Dispone domui tuę, quia morieris tu, & non viues, conuertit faciem suam ad parietem, & fleuit. A tque vt spem, quę illi tunc maxime erat necessaria, in semetipso cōfirmaret, bene actam superiorem etatem ad memoriam reuocabat, dicens: Obsecro domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim, & fleuit fleu magno. Diciturque est ei per Prophetam à domino: Audiui orationem tuam, vidi lachrymas tuas, & ecce sanauit te. Die tertio ascendens in templum domini, & addam diebus tuis quindecim annos. Non ergo bona sua commemorando Ezechias deo displicuit, qui deprecando & sperando vitę suę prolongacionem à deo promeruit. Hinc liquido patet, quod à is qui angustiis animi magis est coarctatus, ne spes omnis se deserat, bene à se gesta potest ad memoriam reuocare, vt vel sic spes eius corroborē. Propter hoc enim pietates suas, & opera bona etiam B. Iob ad memoriam reuocasse supra memoratur.

Propter dei gloriā & proximorum ædificacionem.

¶ Propter tertium, id est dei gloriā, & proximorum ædificacionem, hoc loco se commendauit Apostolus, vt ostensum est. Ad hęc quoniam suo candori pseudoapostoli detrahebant, ad nominis & famę suę defensionem ad hoc compulsus fuit. Dum autem proprias virtutes sancti viri predicant, non idcirco hoc faciunt, vt ipsi apud ho-

mines

mines sui ostensione glorientur, sed vt ceteros exemplo sui inuitent & trahant ad salutē. Nam sicut exemplis malis & rumore sinistro plurimi corrumpuntur, ita & exemplis bonis, & famę bonę odore saluifico multi plerumque rescipiunt. Nunquam autem perfecte viri bona sua retinent, nisi eos aut proximorum vtilitas, aut grandis aliqua necessitas cogat, qualis illa erat, quę ad faciendum impellebat Apostolum. Vnde ipse ait: Si gloriari oportet, ac reuera (vt dictum est) oportebat. Itaque si glorandum est Christiano in his quę infirmitatis & humilitatis suę sunt, Apostoli exemplo gloriatur. Sequitur:

Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, sit quod non mentior.

¶ Postquā in superioribus enarrauit mala quę pertulit, p Christi amore, cōsequēter memorat mala sepe pericula quę euasit iureiurando quę dicitur esse vera esse confirmans.

¶ Sed quum nusquam ea quę superius asseruit iureiurando cōfirmasset, cur hæc quę sequuntur certior reddidit, & fide obfirmavit? Vtique quod antiquiora sunt hæc & magis obscura, quum cetera essent his non ignota, quemadmodum & curam pro illis suscepisset, & huiusmodi reliqua. Dicitur enim erat rem penē incredibilem, quod scilicet Iudæi principes gentium concitasset, quod aduersus eum regna terrarum surrexerunt, nihilque ei nocuerit. Deum testem inuocat, vt ei credatur. Ideo autē talis como memorat, vt ostendat quantum distet inter veros apostolos, qui tanta pro dei amore sustinebant, saltem quarentes aliorum, & pseudoapostolos, qui non ea quę aliorum, sed sua quarentes, auditores suos expilabant. Sequitur:

Damasci præpositus gentis Arethe regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprehenderent.

¶ Attende quale bellum, quandoquidē Pauli gratia excubaret Damasci præpositus, & ciuitatē dispositis custodiis cōmuniret. Neque enim hoc fecisset getis huiusce preses, nisi Pauli zelus omnia incedisset. A retha foecer erat Herodis Antipæ, & acta sunt hæc in initio cōuersionis apostoli, postquam videlicet foeliciter prostratus à domino & excecatus, à suis perductus est Damascum, vbi mansit tribus diebus non videns, & non manducauit neque bibit, &

Hic commemorat quę mala & periculosa euasit.

mo postea baptizatus recepto lumine oculorum, & spiritu sancto repletus; ingressus Iudæorum synagogas prædicabat Iesum, affirmans quoniam hic est Christus. Quod audientes Iudæi successi sunt zelo in Paulum, & quærebant eum interficere. Quod quum per semetipsos facere non auderent, præsidem interpellabant, ut per eum quod cupiebant, explerent. Qui volens placere Iudæis, iussit ciuitatem vndique custodiri, ut nullo modo viuis effugere valeret Paulus. Qui tamen deo se protegente fratrum auxilio euasit. Vnde subdit:

Et per fenestram in sporta dimissus sum per mare, & sic effugi manus eius.

Non vltro se offerendum esse tentationibus.

Act. 21. Et quæuis mortem pro Christo subire paratus esset, nihilominus conuertendarum ad Christum gentium nimio tentans ardore, sese ad prædicandum seruabat. Non solum, inquit, alligari in Hierusalem pro nomine Iesu, sed & mori paratus sum. Nô ergo fugit, quasi martyrium horreteret, sed maluit campum certaminis quærere, & gentiù pertere latitudinē, quàm intra ciuitatis claustra teneri & occidi, vbi non nisi pauci tum erant credentes, qui eius martyrio confirmarentur. Porro cursu suo tandem completo, quum iam portasset nomen domini Iesu coram gentibus

& regibus & filiis Israel, post egregios de antiquo humani generis hoste trophæos, tandem in vrbe Roma de Nerone triumphans, martyrium constanter accepit.

Matth. 10. At verò Damascenorum tunc insidias fugiens, domini præceptum impleuit, quo dicit: Quum vos persequerentur in vna ciuitate, fugite in aliam. Seruauit autem in tempus aliud exemplum martyrij, ut dictum est, & prædicationis fux credituris populis vtilitatem. Nec tamen ob hoc cuiquam videatur Apostolus minus in domino fuisse cõsilius, quòd

periculo qui potest seipsum euriptat.

quòd fuga salutem quæserit, quum vtique potuisset illum deus protegere manentem in ciuitate, quia nemo deum tentare debet, experiri volendo, num deus ipsum saluare velit, quum habeat ipse quo possit effugere.

¶ Nemo enim periculis circumseptus humanum consiliū, vel auxilium quo salutem cõsequi possit, debet cõtēnere, ne deum tentare videatur, sed faciat pro sui conseruatione quod potest, reliquum deo fiducialiter committat. Nec his obstat, quod de mercenario dicitur: Mercennarius autē fugit, quia mercenarius est, quia persequitionis tempore nonnquam quaritur persona pastoris tantum, quo casu cura gregis alteri cõmittatur, ipse verò det locum ire, præsertim quum illius vita vtilior est, vel in futurum erit gregi, quàm exemplum sui martyrij. Hinc Paulus Iudæis, & Helias Iſabelem fugerunt. Ad maiora nempe seruandū erat. Vnde & ipse Christus dominus paruulus adhuc à facie Herodis fugit in Aegypto, suo nos erudiens exēplo.

¶ Quum ergo in pastorum duntaxat personas persequutio excitatur, faciant secundum supra memoratum Christi præceptum, dicentis: Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Quum verò tam grex quàm pastor queritur, tum vel pariter viuant, vel pariter ferant quod eos summus paterfamilias volet pati. Quisquis in hoc casu deserto grege fugit, is vtique non pastor, sed mercennarius censetur. Videns enim lupum venientē, id est, persequutorem, dimittit oues, & fugit. Paulus itaque dum sua dõtuxat quæreretur persona, fidelis saluti cõsiliens, semetipsum fuga illa in futurum seruando longe plus gregi præstitit fugiendo, quàm præstitisset morti se offerendo.

HOMILIA SECVNDA.

¶ **S**I gloriarı oportet, non expedit quidem, ueniam autem ad uisites & reuelationes domini.

¶ Quum in præcedentibus probasset se Paulus verū Christi Apostolū per mala p̄ illius amore perpeſsa, in cõsequentijs idē probat per cœlestia dona diuinitus accepta, dicēs: Si gloriarı oportet. A quo loco vsque ad finem lectiōnis duo facit. Primo cõmémorat gratiæ singularis subline sibi collatū donum. Secundo patet facti adhibiti sibi à deo elationis remediū. Ibi: Et ne magnitudo

Ioan. 10.
Quando fugiēdum est pastor, quado nō. 3. Reg. 10. Matth. 7.

Matth. 19

Ioan. 10.

2. Cor. 12.

¶ Circa primū dicit: Si gloriari oportet. Ac si dicat: Et si gloriari oportet, & meipsum prædicare, ad hoc certe propter pseudoapostolos, & vestra salutē descēdo. Nam aliter gloriari non expedit, quod eō dixit, vt nos castiget & cōmonefaciat, vt huiusmodi qualia dicitur est dei arcana nobis credita, & reliqua in nos dei dona, silentio preamamus. Quonia autē dicitur rationibus oportet gloriari, veniam, inquit, narrando, nō iam ad ea quæ infirmitatis meę sunt, qualia sunt præcedētia, de quibus dictū est, sed ad visiones & reuelationes domini. Et ideo quum multa dixerim de laboribus & infirmitatibus meis, nunc veniam ad cœlestia & diuina secreta quę vidi, & plene intellexi. At tamē & si plura visionū & reuelationū genera iam esset cōsequutus, vnā duntaxat, & hanc quidē inuitus reuelationē quam iam annis quatuordecim celauerat commemorat.

Inter visionē & reuelationē differētia.

¶ Quoniam autē & visiones & reuelationes dicit: aduertendum est interesse inter visionem & reuelationē. Visio nempe dicitur siue corporalis, siue imaginaria, quādo aliqua vel in vigilia, vel in somno vidētur, quorum occultus est intellectus. Reuelatio verō est, quando talis aperitur intellectus. Et reperiuntur interdum hæc duo separatim.

Dan. 2. Exempli gratia: Balthasar rex Babylonis quū videret articulum manus describentem in pariete cōtra caudalabrū, visionem tantum habebat, non reuelationem. Nesciebat enim quidnam portenderet quod videbat. Et quidem hæc visio corporalis erat. Verūm Pharaō rex Aegypti quum videret somnians septem spicas plenas, & post septē, alias spicas tenues & percussas vridine, similiter & septem boues, imaginariam habebat visionem. Verā hęc duntaxat reuelationē tantum habuerunt.

Dan. 7. Quum autem Daniel quatuor bestias videret ascendentes de mari, & visionis significationem intelligeret, visionem pariter & reuelationem habuit.

¶ Rursus aduerte tria esse genera visionum. Est enim visio corporalis, qua videmus cœlum & terram, & cœtera huiusmodi visibilia & corpora. Et hoc genus visionis commune nobiscum habent animantia mutua.

¶ Alia

¶ Alia est visio spiritualis, quum videlicet imagines eorū quæ vidimus, imaginatiter cernimus, insuper & somnia & ædificia & homines quos dudum vidimus corporaliter, spiritali visione videmus in anima, quasi illa nobis præsentia sint. Hærent (inquit poeta) infixi pectore vultus, verbāque. Quoniam enim corporaliter visa longe distent à nobis, quia tamen in memoria nostra reconditæ sunt eorum species, quum illorum reminiscimur spiritali visione quasi coram posita conspicimus. Verbi gratia: Brugi cōfissus ita Romā quam dudum vidi, mente cōspicio, quasi coram sita sit. Et hæc duo visionū genera (vt dictū est) cōmunia sunt & nobis & pecoribus & auiibus. Vident enim visu corporeo, & eorum quæ viderunt reminiscuntur. Rerum quippe quas viderunt imagines impressas memoria retinent. Hinc est enim quod præsepia sua pecora recognoscunt, & aues ad nidos veteres remeāt. Nisi enim partē visionis spiritalis, scilicet memoriā haberent (quæ nimirū in anima, nō autē in exterioribus sensibus cōstat) nequam aues à nidis suis recedentes eorū recordarētur, nec eos repeterēt, nec pecora præsepia sua recognoscerent.

¶ Est & tertium genus visionis, visio scilicet intellectualis, ad quam nequaquā pertingunt animalia bruta, & fere hominum duntaxat, hæc est intellectū vigentiū, & angelorum. Visio intellectualis.

¶ Quæ tamen nō est æqualiter in omnibus, quia nō æqualiter in omnibus ratio viget & intellectus. Palām est enim vnū hominē multo plus alio intellectu vigere. Porro intellectu discernimus, quid interit inter corpus & corporis similitudinē, ludicat enim intellectus hoc esse corpus, illud verō nō corpus, sed corporis similitudinem, seu imaginē, vel phantasma. Hæc autē intellectuali visione videtur, iustitia, charitas, pax, sapiētia, bonitas, æternitas, veritas, & ipse deus. Pecora verō, quia nec seipsa intelligūt, nec ea quæ cernūt, ad hoc visionis genus nullatenus assurgūt. Veniā, inquit, ad visiones & reuelationes dñi. Sequitur:

Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit, raptum huiusmodi usque ad tertium cœlum.

¶ Non omnium meminit reuelationū. Nam cū plurimę essent, molestior foret in his omnibus enarrādis. Nec tamē

Virgilius.

Visionem corporalem & imaginariam etiā mutis animalibus cessisse.

Visio intellectualis.

vnuerfas flētio tegit, sed ceteris omiffis de fola & vnica differit, vt ostendat etiā hanc nō sponte se explicaturum.

¶ In Christo autē adiecit, ne forte obiciat falsi apostoli in morem Simonis Magi Paulum à dæmonibus fuisse arreptū & sublātū in aera. Id eōq; venire se dicit ad visiones & reuelationes domini, nō autē ad illusiones diaboli, quas nonnulli interdum pro diuinis reuelationibus recipiunt.

¶ Vt statum est scriptoribus, qui nobis sacras literas ministrant, quū in historia sui meminisse cogūt, vt de se quasi de aliquo alio loquantur. Vnde & de semetipso Moyfes scriptū: Moyfes autem pascebat oues Ietro, cognati sui. Et beatus Iob de seipso scribens, dicit: Vir erat in terra Hus nomine Iob. Et B. Matthæus de se loquens: Vidit, inquit Iesus, hominē Matthæum nomine, sedentē in telonio. Nō ait: Vidit me, quippe gestarū rerum scriptor, non autē suisus prædicator. Id ipsum & Apostolus hoc loco facit, quū de se quasi de alio dicit: Scio hominē in Christo ante annos quatuordecim raptū, vt hinc liquido intelligas necessitate cōpulsū reuelationē propalare, quam iam annis quatuordecim, vt dictum est, in cordis arcano cellasset.

¶ Sed qualem & quanti meriti existimare iam debemus Apostolum pro Christi nomine tam diu periclitatum, qui iam ante annos quatuordecim tanta re fuerit à deo dignatus, vt vsq; ad tertium cælum, vel extunc raperetur.

¶ Siue in corpore, inquit, siue extra corpus. Vides quā modestè id dicat, vt fugiat iactantiā. Nescire nēpe se fateatur, siue in corpore, siue extra corpus, qd raptum est, fuerit. Tertiu autē cælum dicit, quod à principio simul cū terra conditū fuit, de quo legis: In principio creauit deus cælū & terrā. Nam primum cælum sacra literæ aerem dicunt, vnde & volucres cæli & ros cæli sedentant. Secundum verò cælū, firmamentū, siue cæli syderū vocāt, vbi sunt quæ dicuntur duodecim signa. Itē septē planetæ, siue stellæ erraticæ, & reliquarum innumera multitudo stellarum.

¶ Supra istud secundum cælum euectus est Apostolus in tertium cælum, id est, summū & intellectuale cælum, vbi intellectuāli visione cernitur claritas, pax, gaudium, longanimitas, benignitas, bonitas, & cætera id genus, quibus

appropinquatur deo, & vbi deus ipse videtur, ex quo oīa, per

per quem omnia, in quo omnia. Huc, in quā, raptus est Apostolus, vbi non solum ea quæ in hoc spiritali cælo sunt confpexit, sed ipsam Dei substantiam, verbumque Dei per quod facta sunt omnia in charitate spiritus sancti, non per corpus, nō per similitudinem corporis, sed sicut est ipsa veritas, contemplantus est in hac vita, sicut videndus est ab omnibus sanctis in vita æterna & beata.

¶ Huius rei assertor est beatus Augustinus, dicens, Moysi August. & Apostolo Paulo in hac vita mortali æternæ beatitudinem, id est, ipsam dei essentia nudè fuisse reuelatā, quippe Israelitici populi doctōri Moysi, atque gentium prædicatori Paulo. Vnde ad Moysen à domino dictum est: Ego ostendam tibi omne bonum. Et ne id putes de promissa in futurum beatitudine dictum, audi quid ad Aaron & Mariā qui Moysi detraxerant, dixerit de illo dominus: Si quis, inquit, fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo illi, vel per somnium loquar ad illum: At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore enim ad os loquor ei: Palam enim, & non per ænigmata & figuras deum videt. De Paulo verò satis patet per id quod superius iam dixit. Vnde & rursum ait:

Et scio huiusmodi hominem siue in corpore, siue extra corpus, nescio: deus scit, quoniam raptus est in paradysum, & audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loqui.

¶ A tertio cælo, inquit, in paradysum sum raptus. Paradysum (vt reor) dixit, quam dominus in cruce latroni pollicitus est, non illā in qua positus fuit Prothoplastus, sed paradysum cælestem. Paradysus quippe, hortus deliciarum interpretatur, & significat felicitatem & requiem beatorum, in quā raptum se inquit dicit Apostolus, eo modo quo & in tertium cælū. Porrò tam evidens hæc visio fuit & manifesta, vt ipse se fateatur nescire vtrū, quādo raptus est, in corpore fuerit, quomodo est anima in corpore, quum viuere corpus dicitur, siue vigilātis, siue dormientis, siue in extasi à sensibus corporis alienata, an omnino de corpore exierit, vt corpus relictum examine iaceret, donec peracta illa dormitione mēbris mortuis rursum anima redderetur, & nō quasi dormiens euigilaret, aut extasi alienatus denuo rediret in sensus, sed omnino mortuus reuiuisceret. Vnde

Paulum & Moysen in hac vita deum vidisse.

Exod. 33. Num. 12.

Luc. 2. Gen. 2. Paradysus in quā raptus fuit Apostolus

Siue in corpore, siue extra corpus.

neq̄ nobis aliquatenus est querendum, quom̄ se Apostolus ipse fateatur id nescire, sed acquiescendum est consulenti, & dicenti: Altiora te ne quaeris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcipit tibi deus, hæc cogita semper.

Eccl. 3.

Nū deitas
ad mortali
homine
possit cō-
spici.

Exo. 33.

1. Ioan. 4.

¶ Sed difficultas suboritur, qui fieri possit, vt ab homine mortali deitas conspiciatur, quom̄ Moy si idem poscenti ad domino dictum sit: Non videbit me homo & viuere. Et Ioannes Apostolus dicat: Deum nemo vidit vnquam, scilicet in hæc mortali vita consistens. Ad quod dicitur, quia potest fieri vt humana mens diuinitus ex hæc vita rapiatur ad angelicam vitam, prius quàm per communem mortem carne soluatur, sicut credendum est B. Paulo contigisse, vt scilicet, diuina virtute facta fuerit in eo ab huius vitæ sensibus quædam intentionis auersio, vt fieri solet in vehementiori extasi, vbi homo viuens omnino se nescit viuere. Bene ergo ait: Non videbit me homo & viuere. Quia nimirum impossibile est vt homo iam actu carnis sensibus vtens, & in res sensibiles intendens, conspiciat deum. Sed necesse est ab hæc vita, id est, ab huius vitæ corporalis operationibus & motibus sentiendi, mente profus abstracti, quando in illius beatæ visionis ineffabilitatē assumitur.

¶ Quom̄ ergo Apostolus sic raperetur, omnis in eo vitæ mortalis operatio cessabat. Vacat enim diuinitus mens humana, & penitus torpet, quom̄ homo fuerit ad deo arreptus, ita vt ab eo educi necesse sit, & a corpore ipso modo quo dictum est efferrī, & ipsius dei ductu omnia operari. Assertit autem certissime se scire (vt dictū est) quod apertus fuerit, nescire autem se vtrum in corpore eius anima, an extra corpus tempore illo fuerit, quo tempore raptus est in eam tranquillitatē qua fruuntur beati. Et sic fieri potuit vt id videret, quod corporeis sensibus impeditus videre nūquam potuisset. Tūc enim, vt dictū est, facta est in eo ab huius vitæ sensibus quædam vehemensissima intentionis auersio. Et tunc audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui. Agnitio enim percipit de ineffabili diuinitatis substantiā, quā per verba explicare hominibus nequaquam possit. Dixit quidem id quod potest hominibus dici, & tenuit apud se recōditum, quod minime potest effari. Audiamus ergo nos interim, id ad quod possumus attingere,

tingere, & id credamus, ad quod asurgere non valeamus.

¶ Hinc patet eam Apocalypsim, id est, reuelationem, quæ Liber re- vulgo Pauli dicitur, falso fuisse hoc titulo prænotatā, quia uelationū. narrari non poterant quæ ille vidit. Quom̄obrem dictus Pauli apo- reuelationum liber à patribus orthodoxis decreto repro- cryphus. batur. Proinde si quis rerum cupidus arcanarum Apostole 15. d. c. dicat: Precamur te Paule explicabis nobis eorum magnitudi- Sancta nem quæ vidisti, nōne merito hoc respōderet? Non sunt Romana. valde magna quæ vidi, si à me possunt explicari. Sed quia super omne quod dici potest incomparabiliter grandia & magnifica sunt, idcirco expedit ea venerando tege silētio, quā in indigno sermone temerari.

¶ Egit autem dominus cum Apostolo ad morem benigni & liberalissimj domini, qui seruo fideli in filium adoptādo, sed primum in longinqua ad varia pericula probationis gratia destinando, thesaurorum suorum magnificentiam ostendit, quatenus illorum memor seruus, pariter & domini sui erga se benignitatem aduertens, alacriori animo ad labores & pericula se accingat. Vnde scriptum est: An- Iob. 36. nuntiat de ea (nimirum felicitate sempiterna) amico suo quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. Porro ne de se Apostolus gloriose effari videretur, non sui, sed rei magnitudinem commendans, sequutus adiungit.

Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis.

¶ Pro huiusmodi, inquit, in me dei donis gloriabor, id est, lætabor & exaltabor, non in me, videlicet quod sum Abrahamæ progenies secundum carnem, vel pro mea laude vel meritis, nihil inquam pro his gloriabor, quia non à me, sed 1. Cor. 15. gratia dei sum id quod sum. Nisi in infirmitatibus meis. Nominē infirmitatum, vt dictū est, persequutiones & passionēs quas pro Christo nomine pertulerat, expressit, in quibus ipse gaudebat & gloriabatur. Ibant enim Apostoli A& 5. gaudentes à cōspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cōtumeliam pati. Potest autem homo de dei De dono dono secure gloriari & lætari, pro quāto se illud à deo ha dei quod bere recognoscit. Hoc enim est in deo gloriari. Verū si de modo glo rian dum. rian dum. vana est gloriatio. Quid habes, inquit, quod non accepisti 1. Cor. 4.

si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Pro donis, inquit, mihi a deo collatis glorior. Vnde subicit:

Nam estis uolueris gloriari, non ero insipiens, ueritatem enim dicam.

¶ Si uolueris, inquit, gloriari de dicta reuelatione, uel etiã in firmiuitatibus meis, non ero in insipiens: ueritatem enim dicã pro uestra uilitate. Nec ero propter hoc in insipiens mētentiũ in morũ, qui uerẽ in insipientes sunt, nec etiã morẽ illorũ qui se iactãt & gloriãtur, quia non spontãdẽ, sed coactus, non propter me, sed propter uos, ut hæc de me proderet, descẽdi.

¶ Vnde patet, quod si quis bonũ sibi a deo cõcessum pro aliorum uilitate patefacit cum humilitate, non agit insipienter. Qui uerò quod habet bonũ propter iactãtia predicat, uel illud suis deputat meritis, uel quod non habet, se iactat habere, utique insipiens est. Verũ quia cũ sobrietate de acceptis a deo donis loquendum est. Ideo subdit:

Parco autem ne quis me existimet supra id quod uidet in me, aut audiat aliquid ex me.

Quare de se parcẽ loquitur apostolus.

¶ Possem, inquit, & de plurimis aliis gloriari, sed parcẽ refero uix pauca, dicens: Ne quis existimet me gloriari inaniter supra id quod uidet in mea conuersatione, uel ex prædicatione mea audit. Multa enim & alia dei dona celabat Apost. nec manifestabat, nisi quantum ad dei gloriam, & salutem fidelium nouerat expedire. Vel etiam ob hanc fortasse causam parcẽ de se loquitur Apost. ne forte si de se maiora referret: putarent eum homines esse supra id quod in eo uidebant, uel ex eo audiebant, scilicet uel immortalẽ hominem, uel angelum. Et quum in eo uiderent infirmitatem hominis mortalis, pro illis magnis non esse homo mortalis & fragilis putassetur.

Ag. 14. ¶ Nã si tauros illi immolare sacerdos ipse Iouis, & reliqui cultores idolorum, & pro deo eum colere signorum supore contenderant, quid homines ei deserre omniũ sent, si & reuelationes quas habuit, & cetera omnia in se dei dona edidisset? Parco, inquit, & parcẽ gloriator, propter obtrẽtatores & pseudoapostolos, ne me id dicant ex elatione ad inanem gloriam facere, si abundantius de meipso proloquerer, dicturi me iactabundum, & tumore superbiẽ excedere supra id quod uidet quis in me, uel audit ex me.

¶ Circa

¶ Circa secũdum. s. adhibitu sibi superbiã remediũ, dicit: *Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę, angelus satanę, qui me colaphisat.*

¶ Ab hoc loco usque ad finẽ lectiõnis tria facit. Primo ponit dictũ remediũ. Secũdo ostendit amotionis stimuli de-fyderiũ. Tertio super hoc memorat dei respõsum. Secũdũ ibi: Propter quod ter dominũ rogauĩ. Tertiu ibi: Et dicit:

¶ Circa primum dicit: Et ne magnitudo reuelationum. Ex rebus solet enim ex rebus bene gestis superbia nasci, sicut a uenene gestis stimulo tinea, & a ligno uermis, utrunque pernicies eius a quo oritur. Nam, ut quidam ait:

Inquinat egregios coniuncta superbia mores.

¶ Non ergo mirum est si cõtra hæc pestẽ, cõtra hoc superbiẽ egre tumẽs apostema dicit sibi esse appositum epitema Paulo datur, quo tumor curaretur. Sed quis iã de seipso securus Paulodatur, si huiusmodi curatiõne opus habebat Apostolus? Quomodo securus enadet agnus, ubi aries sic periclitatus est?

¶ Quis autem fuerit ille stimulus carnis, diuersi diuersimode opinati sunt. Quidã dixerunt fuisse uehementem capitis dolorem, sed parum esse uersimile, quia talis dolor capitis, stimulus carnis appellaretur. Sed reuera carnis stimulum ardorẽ libidinis & incitamentum ueneris accipiamus, quẽ angelus satanę permisit dei in apostolo post celestes illas reuelationes aerius excitabat. Vnde & stimulum hunc angelum satanę appellabat. Sciebat enim stimulationẽ illã a diabolo sibi immiti. Sed deus qui pmittit eũ hoc modo colaphisari, & affligi a satana, ne in superbiã erigeretur, sed fragilitatẽ suã agnosceret: ipse utiq; custodiabat eum, ne in illud peccatum, ad quod tentatio tẽdebat, laberetur.

¶ Sanẽ dominus ipse medici in morem uenenum ueneno fugabat, quomodo tiriaca quẽ ueneno uel maxime medetur, ex ueneno partim conficitur. Sic & in apostolo stimulus hic carnis omnem superbiã tumorem propellebat. A quo enim tentabatur de libidine, ab illo sanabatur a tumore superbiẽ, ut qui clatus perire poterat, ipse in humilitate mentis consistens a perditionis præcipitio seruaretur. Quum itaque tentatione qualibet Dei sensus infestatur, nec desperare debet nec desicere, sed cum Dei adiutorio sic cum tentatione decertare, ut uincat. Plerunque

In Paulo dominus uenenum ueneno fugabat.

etenim nobis expedit ab aliquo vitio vel inimico tentari, vt per hoc à grauioribus tentationibus præferuemur.

¶ Nemo tamen audiens datum esse angelum fatanæ vt ipsum colaphiset, existimet Pauli corpus diabolo traditū ab eo diuexandum, quandoquidem Paulus illi quæ vellet iniungeret, & sepe termino præfiniret, tum maxime quum ei fornicarium illū incestum in carnis perniciem demandasset, neq; per Apostolum impositas sibi metas excessit. Nec enim se datum angelo fatanæ, sed potius illum sibi, vt ipse ad suam vtilitatem esse datum affirmat.

1. Cor. 5.

A quo Paulo sit datus angelus fatanæ.

¶ Quod si quæras à quo datus sit se missus, profecto & à deo & à diabolo. Sed propter aliud missus est à deo, & propter aliud missus à principe tenebrarum venit. Dominus enim illum ad cōseruationem humilitatis Paulo immisit, diabolus autem vt Apostolum in peccatū deduceret aduenit. Non enim colaphisans Paulum angelus fatanæ hoc intendebat, vt Pauli virtus in infirmitate perficeretur, aut ne extolleret eum ipsa reuelationum magnitudo. sed hoc potius ille intendebat, vt aliquando victus tentationi succumberet. Itaque à deo traditus fuit Apostolus angelo fatanæ colaphisandus, ne extolleretur: & humiliandus, vt seruaretur, vtque omnem superbiæ motum qui in eo, vel propter mirabilem & singularem electionem, & vocationem, vel propter diuinorum secretorum reuelationem, vel signorum operationem, vel propter sue predicationis longe lateque per orbem terræ mirandam fructificationem poterat suboriri, penitus extingueret. Sic inter dum peritus medicus, vt tollat ab ægrotante mōrbum acutum, qui præsentaneum habet periculum, lentam inducit quartanam.

Simile.

¶ Circa secundum, scilicet amotionis stimuli desyderium, consequenter dicit:

Propter quod ter dominum rogavi, ut discederet à me.

Oratibus ¶ Ter, hoc est, sepe numero rogavi. Quod planè & ipsius nõ semper præsert humilitatem, & tolerantis æquanimitatem, & in expedit postulando perseuerantiam & fiduciam. Nam minime in vt exaudiatur. impatientiam, aut contemptum prorupit, minime diffusus est de domino, licet non exaudiretur.

¶ Si ergo orans aliquis nõ est exauditus, credamus illi nõ expedit vt exaudiretur ad votum. Si enim Paulus ad vo-

tum

tum exauditus fuisse, & discessisset ab eo tētatō, profecto detecisset eum elatio. Deus enim multa petentibus negat propicius, quæ cōcedit iratus. Dimittit autem quosdam expediti cōdū desyderia cordis eorū, sicut exaudiuit eos qui māna fastidiebāt, & flagitabāt carnes, sicut scriptū est: Adhuc ipforum. escē eorū erant in ore ipsorū, & ira dei ascendit super eos. Num. 11.

¶ Exaudiuit fatanam, quum virum sanctum expeteret ad certamen: & Apostolum carnis stimulum à se amoueri deprecantem non exaudit, vt nouerimus (sicut dictum est) deum nõ omnibus illis esse propitium, quibus proprii desyderij laxat habitus, & ad votum postulata concedit, vt faciant quæ nõ conueniunt: nec illos reprobare, quos deprecantes videtur non exaudire.

¶ Circa tertium dicit:

Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea.

¶ Vtrumne per angelum, aut per reuelationem specialem id ei dixerit dominus, incertū est. Sed vtro modo id ei sit dictum, nõ refert: Sufficit, inquit, tibi gratia mea. hoc est, Satis tibi sit, quod & mortuos suscitadi, & imperandi demonibus, contulerim gratiam, quod ad Apostolicū munus vocatus, quod in prædicatione Gentium electus, quod sapiētiam præ omnibus Apostolis diuinitus accepisti, quod aduisiones & reuelationes domini vsque ad tertium cœli raptus es denique (quod omnibus maius est) quod apud me gratiam bonā, quasi tuto loco repositā tibi habes. Non igitur id ultra efflagites, vt tua prædicatione sit expers discriminis, ad nempe tibi nõ vile foret, qui quod satis est, iam dudū acceperis. Quod & si te dimiserim diuicari, adsum tamen, & tueor. Quia & ipsum tentationis certamē tandem tibi cedit ad gloriam. Quod patet per hoc quod sequitur:

Nam virus in infirmitate perficetur.

¶ Hoc est, Non aliter virtus ad sui perfectionem tendit, quā cum infirmitate opposita legitime decertado. Certando nempe acquiritur victoria, & sic fit virtutis cōsummatio. Est etiam infirmitas ipsa ad perfectionem veniendi occasio, quod per ipsam homo fragilitatem suam agnoscens cautiore efficitur ad vitanda peccata, exercitatio in bonis, & in oratione vigilantior.

¶ Vnde scriptum legitur, noluisse dominum omnes ad-

Adesse deum tentatis.

Infirmitas ad perfectionem ad-

Iudic. 3.

Figura uersarios filiorum Israel in terra hereditatis eorum delere, sed reliquisse quasdam gentes vt erudiret in eis Iraclem, habentemque usum armorum, & consuetudinem certandi cum hostibus. Quoniam ergo & Apostolo vile erat tentationum preliis exerceri, ipse illud per diuinam dispositionem sibi factum agnoscens, consequenter dicit:

Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.

Hinc gaudendum in tentationibus. Postquam, inquit, ipse animaduerti virtutē in infirmitate perfectum irigloriabor ergo in infirmitatibus meis. Hænanque quod affluunt magis, eò mihi dei virtutem vberius allaturæ sunt. Cognouit itaque tædem Apostolus ipse prodesse sibi quod nociturum timebat. Respõsumque accepit à domino, quòd integritas vite, omniumque virtutum in infirmitate perficitur. Ideoque & libenter se dicit gloriari, & letari in suis infirmitatibus & passionibus, quas pro Christo sustinebat, vt in eo Christus per gratiæ & fortitudinem inhabitare dignaretur.

DOMINICA IN quinquagesima.

1. Cor. 13.

Fratres, si linguis hominum loquar, angelorum, charitatē autē nō habēā, factus sum uelut æsonas, aut cymbalū tinniens.

In hac lectione Apost. de virtute charitatis loquitur. Primò ostendit charitatis ad salutē necessitatem. Secundò eius utilitatē. Tertio eius excellentiā & dignitatem. Primū facit à principio lectionis. Secundū, ibi Charitas patiens est. Tertiu, ibi Charitas nunquā excidit.

Charitas.

Circa primū est aduertendū quid sit charitas. Est enim virtus theologica, per quā homo diligit deū super omnia & ppter se, & proximū sicut semetipsum, & ppter deum.

Quid est diligere.

Notandum proinde est, qd diligere aliquē, est ei bonum velle. Contingit autem duobus modis diligere. Vno modo propter semetipsum diligentem, & vocatur amor concupiscentiæ. Alio modo propter ipsum qui diligitur, & vocatur amor amicitie. Vnde diligere deum amore amicitie, est ei velle bonum propter seipsum deum, non autem mor concupiscentiæ. At verò quoniam ipse bonorum nostrorum non eget, non debemus ei aliud bonum

bonum velle, quàm illud bonum, quod ipse est: hoc est, ad gaudere & adgratulari ei, vellētq; ei bonum quod habet, & quod ipse est. Velle, scilicet ei suam summam maiestatem, sapientiam, potētiā, summum omnium rerum principatum, felicitatem, summam bonitatem, iustitiam, æternitatem, & similia. Velle rursus quòd ipse omnibus innotescat, ab omnibus ametur & honoretur. Id enim est deū diligere propter se, id est, amore amicitie diligere.

Porro ppter dona sua deū amare contingit dupliciter, videlicet vel ppter donāda, vel ppter iam data. Primum adhuc dupliciter. Videlicet vel ppter donāda tēporalia, vel alia bona quecumq; tantū vt per illa bene sit habenti, & est amor mercennarius, & amor concupiscentiæ, vt dictū est. Amor vtique iniquus & peruersus. Nam (vt B. Augustinus ait) summa peruersitas est, vti fructūs, & frui vtendis.

Quum enim frui sit inhærere per amorē alicui rei propter seipsum, vti verò sit inhærere rei per amorem non propter ipsum, sed propter semetipsum & propriam suam delectationem, patet quòd quisquis deum diligit propter dona sua ab ipso donanda, non autē propter ipsum deum, deo vitatur, & semetipso fruatur, volens deum suæ delectatione creature. Amor iste (vt dictum est) peruersus imò meretricius est. Non enim aliter amat deum, quàm amat vinum & pinguis, & cætera quibus ipse delicitur.

Vel propter donanda illa bona quæ sunt ipsemet deus, quomodo dixit Abraham: Noli timere, Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis: seipsum vtique mercedem Abraham pmitēns. Sic amare deum laudabile & iustum est. Id enim est deum amare ppter semetipsum.

Secundo contingit amare deum propter dona iam ab ipso in nos collata. Vbi verbi gratia, propter dona creationis, redemptionis, justificationis, conseruationis, & similia, quorum intuitu iustificationis gratulabundus Propheta ait: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Et rursus: Inclinaui, inquit, cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternū, ppter retributionem, videlicet vel ppter retributionem futurā, quæ est ipsemet deus (vt dictū est) retributio certe & merces magna nimis: Vel ppter retributionē preteritā in prenominitis diuinę mu-

Deum ob sua dona diligere.

August. Frui & vti.

Amor peruersus.

Gene. 15.

Diligere deum ob dona iam data.

Psal.

nificentiae donis, ut videlicet dei dona quae suam erga nos charitatem testatur, nos inducant ut ipsum diligamus, qui per hae ostendit quod ipse prior dilexit nos, utique propter huiusmodi dona deum diligere, piium & iustum est.

¶ Meretrix autem est anima illa, non sponta, quae sponti dona, non autem ipsum sponsum amat, praesertim si per sponsum dona obsequitur, & placere sudet adultero, id est, diabolo. Maledicti (inquit B. Augustinus) sunt domine, qui erant in vestigiis tuis, & amant nutus tuos praeter te. Vestigia dei creaturae ipsius sunt, per quae ad cognitionem dei possit humana mens ascendere. Nutus vero ipsius sunt ea quae in eisde creaturis humana mentem delectant, per quae nimirum deus ipse (ac si per nutus suos) animas nostras ad se inuitat.

Auguft.
Vestigia
Dei.
Nutus dei

Recte a
mare pro
ximum
quid fit.

¶ Proximum vero diligere, est ei optare quae ipsi bona sunt, & hoc propter deum, quia scilicet est ad dei imaginem factus, & quia deus ei vult bona. His autem quibus deus bona non vult, neque nos bona velle debemus, cuiusmodi sunt iam nunc damnati.

¶ Iubemur autem proximum diligere non supra nec infra nosmetipsos, sed sicut nos ipsos, quatenus ea nos illi optemus quae nobis ipsis recte optauerimus: primum utique nos ipsos, deinde proximos sicut nos ipsos (modo quo dictum est) amantes. Sanè haec dei & proximi dilectio, perfectio & scopus est diuinae legis, prout alibi Apostolus dicit: Finis praecipit, charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Hinc rursum ipse dominus ait: In his duobus mandatis (dei scilicet & proximi dilectionem iubentibus) tota lex pendet & prophetae. His praemissis, accedendum est ad lectionem, in qua (ut dictum est) primum ostendit charitatis necessitatem, dicens:

1. Tim. 1.

Mat. 22.

Charitatis
necessitas.

¶ Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens. Nam cetera bona non valent sine ea, ut post ostenditur. Ipsa vero sine aliis per semetipsam placet. Est itaque virtutibus aliis & piis exercitiis quibuscumque longè excellentior. Vnde beatus Augustinus.

Commen-
datio cha-
ritatis.

¶ Respicite, inquit, ad munera ecclesiae, vniuersis excellentius charitatis munus agnosces. Charitas est enim fons proprius & singularis bonorum, cui non communicat alienus,

nus, haec si desit, frustra habetur caetera: si adsit, suppetunt omnia. Habentur enim per charitatem vel in se, vel in aliis. Quam quisquis habere coeperit, spiritu sanctum habebit: quam si non habuerit, sine spiritu sancto erit. Et sicut corpus sine anima mortuum est, sic anima sine charitate coram deo mortua iam deputatur. Ipsa est vestis nuptialis qua Mat. 22. induci coniuuati summi patrisfamilias secure discumbunt. Haec sola est quae distinguit inter filios regni, & filios perditionis. Dantur quidem & alia per spiritum dona, sed sine charitate nihil profunt habenti. Nisi ergo tantum partiatu alicui spiritus sanctus, ut illum & dei & proximi faciat amatorem, à sinistra non transfertur ad dexteram. De quo dono dominus ipse dicit: Habenti dabitur, & abundabit ei: ei vero qui hoc non habet, & si ad tempus habeat alia quaedam dona, profectò haec auferentur ab eo.

Dona cae-
tera siue
charitate
non pro-
desse.
Mat. 25.

¶ Ostendit autè Apostolus, cetera omnia virtutum exercitia percurrens, nullum eorum sine charitate deo in nobis placere, nullum hominè sine charitate posse saluari. Igitur inter piorum exercitorum genera, primum est bonarum loquutionum: secundum sanctorum cogitationum: tertium exteriorum operationum: quartum est passionum.

Piorum
exercitio-
rum ge-
nera.

¶ De primo dicit: Si linguis hominum loquar & angelorum. Vbi per linguas angelorum praestitum aliquid & melius vult exprimere quod humanae excedat linguae. Si quidem potentia intelligendi, qua inuenit angeli diuina communicant sensa, angelorum est lingua. Haec autè tum cognoscendi tum exprimiendi vis in angelis longè vim intelligendi & exprimiendi humanam excedit. Per linguas igitur angelorum intelligit id quod in genere loquutionum est excellentissimum & optimum.

Lingua
angelorum
quid.

¶ Ac si dicat: Et si loquendo tantum bonum faciam, quantum vnquam quisquam hominum, vel omnes simul, & adhuc tantum plus quantum angelica perfectio fragilitate mortaliu excederit, & hoc etià vel ad proximi edificationem, vel ad dei honorem, charitatem autè non habuero, factus sum velut aes sonans, quod sibi nihil proficit. Quod idcirco dixit: quia in ecclesia primitiua dabatur donum linguarum ad propagationem fidei per omnes gentes, de quo dono nonnulli plus aequo gloriabantur. Dabatur etià & donum

prophetiæ cum notitia mysteriorum & scientiarum, quo dono apostoli qui sine literis ante fuerant super vniuersos mortales, à spiritu sancto fuerunt illuminati. De quo dono secundo loco subiungit, dicens:

Est habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

Maloesetia
pphetafic
Num. 24
1. R. c. 19
Ioan. 11.
Luc. 11.

Fidem haberi posse. Hic tangit ea quæ constat esse præstantiora in genere acui interiori sine cogitationum, ostendens quod & si quis præ hæc omnia sit abundè cõsequutus, charitatem tamen non habeat, hunc nullius esse momenti. Si habuero, inquit, prophetiam, id est, prænotionè futurorum, quæ utiq; & malos habuisse constat. Exemplo sunt Balaam ariolus, & Saul impius, & Caiphas, & alij quamplures. Nec simplicè, inquit, prophetiam, sed eam, quæ excellentior sit, omnia mysteria teneat scripturarum, & omnè cõprehendat scientiam, in qua possit quisquæ humanitas erudiri: ad huc tamè fieri posset, ut Scribarù & Phariseorù similis foret, qui tulerunt clauè scientiæ, nec tamen introierunt, insuper & volentes intrare prohiberunt. Esti habuero, inquit, omnem fidem, ita ut montes transferam, charitas verò desit, nihil sine charitate. Habet eni illà utiq; & mali, prout in dei iudicio (ubi nequaquã mentiri audebunt) confitebuntur. Quibus non dicitur, nõ habuistis, sed non noui vos, quia hanc sine charitate habuerunt. Non ergo ait Aposto. si hæc omnia habuero, & abserit à me charitas, tenuis sum, sed prorsus nihil sum. Hæc tamè dona maiora sunt dono linguarù, quod

utiq; datur propter ista. Vnde & alio loco dicit: Qui loquitur lingua: oret ut interpretetur. Quod nisi per scientiam & cognitionem mysteriorum fieri non potest. Multũ est enim habere prophetiã, & nosse mysteria omnia sacre scripturæ & fidei, & accepisse diuinitus omnem scientiam & disciplinã, & quæ hæc omnia fidem ipsam ad eò perfectã reddant, quæ eam habens vel montes transferat, quod vulgi iudicio omnium maximum reputaretur. Quo iudicio vel Christus ipse perfectã absolutamque fidem distinxit fors interoscendendam, dicens: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicitis monti huic, transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Quæ tamè omnia licet habeas,

nihil

nihil es sine charitate. Ergo valor hominis apud deum Valor homines charitatem est, ut qui multam habeat charitatè, magnus sit ante deum: qui modicam, modicus: qui verò nullam, ad nihilum certè deductus sit in conspectu dei.

¶ De tertio videlicet operationù genere, cõsequenter dicit: *Esti distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas.*

¶ Quod tamen ipso domino in iudicio approbante in genere operationum bonarum patet cõteris esse præstantius, subaudi, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Possit enim fieri, ut omnem substantiam suam in pauperes quisquam erogaret sine charitate, puta vel propter cõciliamdam sibi mortalium gratiã, vel mundi huius gloriã & præconium virtutis, vel ob simile alicui. Ex quibus satis innuitur, sine charitate nullam quantumcumque bonam operationem prodesse ad salutem.

¶ De quarto, scilicet passionum genere, dicit:

Esti tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

¶ Non dicit: Si me ad mortè obtulero, sed si viuus ardeã, (quod horribilius omnibus aliis suppliciis, pœnalitãque esse videtur) nihil tamen mihi prodest sine charitate.

¶ Quòd si tam acerba passio sine charitate non prodest, igitur quicquid aliud fuerit passus, siue famem, siue egestatem, siue agrotationè, siue persecutionè iniquã, siue aliã quamcumque tentationem sine charitate, nõ valet huiusmodi sufferentia ad salutem. Ostendit enim hæc quæ dicta sunt sine charitate, adesse quidem posse, sed nõ posse prodesse. Sicut & opera bona quæcumq; sint illa, non ex charitate sui, sed ex operatõis charitate, plus vel minus profunt. Verbi gratia: Impar facultas est mulum vel parum danti, sed potest esse par charitas ei qui parum dat, & ei qui multum. Hinc tãtum est cuiã dedisse calicem aquæ frigidæ, quantum valuit Zachæo dedisse dimidium bonorù suorum.

¶ Dinoscuntur itaque discipuli Christi, nõ in dono prophetiæ, non in scientiã, non in ipsa fide, non in loquutione vel sermone, non in ipsa quantacumque passione, non deniq; in ipsis (quæ tamen maxime omnium cõmendatù) operibus pietatis, sed cognoscuntur per charitatem. In hoc, inquit, cognoscet omnes quòd discipuli mei estis, si dile-

cti fuerint fratres mei.

¶ Operum valor penes charitatem. Nullã passio prodest sine charitate. Operum valor penes charitatem. Christi discipulos in charitate. Ioan. 13.

Aionem habueritis ad inuicem.

¶ Circa secundum principale dicit
Charitas patiens est, benigna est.

¶ Hic ostendit charitatis utilitatem. Et primo ostendit quæ bona per charitatem obtinentur. Secundo, quæ mala per eam evitantur, ibi: Charitas non æmulatur.

Patientes
charitas fa-
ctur.

¶ Circa primum dicit: Charitas patiens est, benigna est. Vbi insinuat effectus quosdam & indicia charitatis, patientiam scilicet & benignitatem. Nam charitas patiens est, velut aurum quod sub malleo tribulationis extenditur, ducturque ad formam aliquam artificiosam, sicut de seipso propheta loquens ait: In tribulatione dilatasti mihi. Proinde nemo nisi qui charitate habet, in fornace tribulationis deputatur, eo quod charitas patiens est. Is autem qui charitate vacuus est, cito per impatientiam vel frangitur vel fatigatur, quomodo ignis exiguus vêtro extinguitur, quo magis, vehementius inardescit & augetur. Nam quo plura propter illum quem amat quisque patitur, eo magis in illius amorem inflammatur. Sicut in Christi martyribus patuit.

Simile.

Patientia
nonnulli
simulant.

¶ Quoniam verò nonnulli in illatis sibi iniuriis patientiam simulant quam non habent, qui videlicet tacentes odium in corde referunt, aptum se vilescenti tempore expectantes, vel certè dissimulantes, vt aduersarius acerbius irriteretur, intra semetipsum propter alterius quasi insensibilitatem contabescens, ideo quum dixisset: Charitas patiens est, mox adiecit: Benigna est, hoc est, bene volens, etiam ipsi aduersario, non intendens hunc vel repungere, vel de illo quomodoconque vindicare.

Benigna
est.

¶ Circa secundum, quo ostendit quæ mala seu vitia charitas euadit, dicit:

Charitas non æmulatur, non agit perperam.

¶ Ostendit quemadmodum charitas quæ a deo est triumphat de aduersatrice sua, scilicet inuidia, quæ a diabolo est, & diaboli est primogenita, & mater mortis, sicut e contra charitas peperit vitam. Nam sicut inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, sic & propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos deus, filium suum (qui est vita) misit in mundum. Sic deus, inquit, dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.

¶ Triumphat

¶ Triumphat itaque inuidia charitas tam intus quam foris. Intus, quia charitas non æmulatur, id est, non inuidet actu mentis interiore. Nihil quippe magis alienum à charitate, quam inuidia, quæ facit de alterius malo gaudere, & de bono trisitari. Charitas verò gaudere facit cu gaudentibus, & cu lætibus flere. Nulla enim proximorum mala aliena sibi putat, & similiter aliorum bona sua esse gratulatur.

Inuidiam
charitas
dupliciter
triumphat.
Roma. 12.

¶ Exteriori etiã de inuidia charitas triumphat, quia non agit perperam. Solet enim iniquitas ex inuidia foras in operibus prodire. Concipit enim inuidia dolorè, què quum interius conceperit, tum foris e contra proximū perperam se inique agendo parit iniquitatem. Cohibet autè charitas, imò profusus necat pessimum hunc inuidiæ partum, quandoquidem nec æmuletur, nec agat perperam. Sequitur:

Non inflatur, non est ambitiosa.

¶ Sit fortassis quispiam omnibus supra memoratis bonis potitus, possibile tamen est tunc inde superbiere & intumescere. Sed hoc vitio caret charitas, quæ reddit eos humiles, qui dicta bona comparant.

¶ Non inflatur, inquit, Quod inflatur necesse est prius exinaniri, & quum inflatum fuerit, intumescere nimirum & premi. Quisquis autè charitate diues est, exinaniri quo modo potest? Non enim quem implet charitas, inflare superbia potest. Et quum superbi quasi vento distendantur (quippe qui vanitate & pleni & pressi sint) charitas è diuerso quietum reddit & pacatum.

Inflari
quid sit.

¶ Vngit enim & lenit quod tumidum & inflatum acriter dolebat. Sanat quod prius languidū, lætificat quod triste, corroborat & confirmat quod sine viribus antè fuit. Vnguentū quippe vitæ est à summo medico deo confectum, quod descendit à capite Christo non modo in barbam, id est, apostolos ipsos, & eos qui Christo vicini sunt (vt capiti barba) sed etiam vsque in oram vestimentī, quod est ecclesia, in qua nec qui minimus aut nouissimus est (vtique per oram vestimenti designatus) à Christi gratia alienus est. Vnusquisque enim proprium donum habet à deo, vnus quidè sic, alius verò sic, nec est quæ abscondat à calore eius. Inflati ho-

Quale vn-
gentum
charitatis.
Psal.

¶ Et quoniam is qui inflatur superbia, sese magnū putat, nores ambit honores, pascit ventū, & vndequaque querit ascen-

biunt.

m iij

sum, vt in alto confistens vanitatis aura adfletur amplius. Ideo quum dixisset: Charitas non inflatur, mox subiicit: Non est ambitiosa. Itaque malum hoc ambitionis (matre scilicet hypocrisis) charitas execratur & vincit, quippe quæ paruum & magnum æquè diligendo æquales facit, & nihil prorsus ei cum ambitione commune est.

Iudic. 9.
Ambitiosus
admiratur
rhano.
Abimelech
ambitiosus.

¶ Ambiant dominatū qui charitate vacui sunt, nimirum rhanno similes, a quibus quæ fuerit egressus tyrannidis & cupiditatum voracium ignis, & sibipis & subiectis exitio sint. Vnde Abimelech Gedeonis ex cōcubina nothus am biens principatū septuaginta viros fratres suos super vnā petrā interfecit. Nec aliā ob causam, nisi q̄ ipso meliores essent, & principatū gerere digniores. Siquidem pessimis quibusque meliorum virtus semper est formidini.

Non queris quæ sua sunt.

Rom. 9.
1. Cor. 10.
2. Cor. 8.

¶ Imò potius quæ Iesu Christi, & quæ proximi. Quæ sua sunt non querebat, qui ait: Optabā ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Et alibi: Non quærens, inquit, quod mihi vile est, sed quod multis. Sed hæc in Christo domino nostro eminentius apparuerunt, qui quum diues esset, propter nos egenus factus est, vt illius inopia diuites efflemus. Qui rursus proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, & vnus pro omnibus, iustus pro iniustus, pro fontibus innocens, dominus pro seruis, pro homine deus, quæ ipse nō rapuit exoluere, & mortem sustinere dignatus est. Sequitur:

Non irritatur. Non cogitat malum. Non gaudet super iniquitate.

Charitas
1. Pet. 2.

1. Pet. 2.
Luc. 23.

¶ Nō irritatur, inquit, id est, nō puocatur ad iram, ppter fratris infirmitatē. Non secus enim illius fert improbitatē, quā mater parvulum manibus pedibusque molestū. infirmitas. Excusat quippe proximi delictū, nō exaggerat ad Christi exēplar, de quo beatus Petrus ait: Quum malediceretur, non maledicebat, quum pateretur, nō cōminabatur. Quin potius excusabat inimicorum suorum intentionē, vbi facinoros enormitas omnem excusationem excluderat. Pro crucifigentibus quippe se & blasphemantibus interpellans patrem: Ignosce illis, inquit, quia nesciunt quid faciunt.

¶ Non dissimile mansuetudinis exēplum ipsius Christi secundum

secundum humanitatem pater rex David exhibuit. Is enim Exēplum charitate munitus maledictis Semei serui sui nequaquā po- 2. R. eg. 16. tuit ad iram prouocari. Quin & eos qui suā inuentionem vlticisci volebant (proceres scilicet qui ad latus regis incedebant) prohibuit, vni eorum dicens: Dimitte vt maledicat.

¶ Proinde quum soleat quique iracundie furor percitus Charitas vltionem meditari, charitas quā non irritatur, etiam nec non cogit cogitat malum. Tantum abest, vt faciat malum, quum nec illud cogitet quidem. Itaque charitas lesa non cogitat malum pro malo rependit, quod vtique magnæ & rare est perfectionis. Nam et si forte aliterque sint qui malum pro malo reddunt, paucorum tamen est accepta iniuria in malum quidē cogitare. Adeo vendicari sibi totam animam quum hanc possederit charitas, vt crudelitati locus in ea reliquus non sit.

¶ At verò quia similes mores charitas oprat in omnibus, Non gaudet super illisque congaudet, minime gaudet super iniquitate, quum sit ei illa profus aliena: quomodo quidam gaudent quum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Ipse Apostolus Ius lugeat eos qui peccauerunt, & non egerunt pœnitentiā, 2. Cor. 12. vritur scandalo pusillorum, infirmatur cum infirmis, quasi mater iterum parturit eos qui seducti & subuersi sunt, donec reformetur Christus in eis. Denique flens memorat inimicos crucis Christi, quorum deus venter est. Abest ergo vt gaudeat charitas super iniquitate, quæ magis cōgaudet veritati, sicut subdit:

Congaudet autem ueritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

¶ Redir ad ostendendum quæ bona per charitatem proueniant, dicens: Congaudet autem veritati: continuans se ad illud quod præmiserat, Non gaudet super iniquitate. Quæ bona per charitatem proueniant.

¶ Aduertendum est autem quod triplex est veritas, cui charitas congaudet, scilicet veritas doctrinæ, veritas iustitiæ, veritas vite. Gaudet enim charitas, quod veritas doctrinæ syncerè prædicatur, quod inter virum & proximum suum, nec non & in tota republica iustitia & æquitas feruatur. Gaudet denique, ab omnibus secundum suæ conditionis exigentiam probè & decenter viuatur.

¶ Omnia proinde suffert, & in se quæ patitur ab iniquis, suffert. m iij

& in proximo suffert quæ non potest emendare. Videt enim plerisque non secundum veritatem ambulare, sed quoniam ipsa patiens est, patienter suffert quæ in aliis videt & patitur improbitates. Sicut enim oviscula quæ densam gerit lanam, impulsæ aut ista pede non cito læditur, imò nec dolet: vnde & se vrgeri & pulsari sustinet patienter. ita nimirum qui delinuit est intrinsecus dulcedine charitatis, non cito putat aut sentit se lædi, sed in dictum est) portat fratris improbitatem patienter.

Omnia credit.
Gen. 12. & 15.
Charitatem non habes, dolum suspicatur.
Iob. 18.

¶ Omnia credit, quæ videlicet ille dixerit quod se colitur. Sicut enim nihil subdolum ipsa loquitur, ita nec alios subdole loqui arbitrat. Patuit in Abraham qui & credit deo promittenti, & vocanti obediuit. Nec dicit, omnibus credit, sed omnia quæ videlicet deus asserit esse credenda, & quæ veritas diuina promittit. Is autem qui charitatem non habet, difficile credit ei quem non amat, vbique se & ab omnibus circumueniri formidans, & (vt scriptum est) circumspectat vndiq; gladium, præmiserat: Vndique terrebunt eum formidans. Qui enim non amat, etiã nec amari se credit.

Omnia sperat.

Bene sperat de proximo charitas.

Psal.

Omnia sustinet.

Simile.

¶ Quoniam autem charitas omnia credit quæ sibi ab eo quem colit asseruntur, superest vt & omnia speret, sicut in patribus testamenti veteris charitate deo coniunctis apparuit, qui dei promissa (tametsi in tempus longum differenda) cum omni longanimitate complenda sine hæsitatione sperabant. Nec solum de deo, sed & de proximo charitas bene sperat, etiam si in eo nonnunquam infirma experiantur: confidit tamen semper, & sperat meliora, non cõtemnit infirmos, non desperat de illorum reparatione qui lapsi sunt, ad morem illorum qui nil boni de proximo sperant, videtur dicere: Non adiciet vt resurgat.

¶ Demum omnia sustinet, id est, promissa omnia patienter expectat. Interim omnia quantum dura, quantum molesta, quantum etiam iniqua sint quæ patitur, fortiter tamen sustinet, diuina expectando promissa. Secus de illo qui vacuum charitate vix quicquam potest sperare future remunerationis sustinere. Vas vtiq; reprobum & ventosum, quod in fornace non robur accipit decoctione, sed crepat.

¶ Circa tertium principale dicit:

Charitas nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue lingue

lingue cessabunt, siue scientia destruetur.

¶ Hic ostendit charitatis supra cætera dona excellentiã & dignitatem, & hoc quo ad eius permanentiam respectu aliorum donorum, dicens: Charitas nunquam excidit. Porro prophetias & linguas dicit fortituras finem, charitate vero stabilem fore atque perennem. Etenim cessante fide, aliquas in cessabunt prophetiæ & lingue, quæ fidei administrantur, patria euacuari. Fidei nempe succedet visio, spei tentio siue assequitio omnium boni. Tam fides enim quam spes ex parte sunt, & includunt in sui ratione imperfectionem, quod fides est de non apparëtibus, spes verò de iis quæ deyderantur, & necdum habentur. Charitas autem non destruetur, sed auferetur ab ea quod ex parte est, siue quod est imperfectionis, vt designat esse imperfecta, sed esse charitas nequaquam desinet.

¶ Quum autem dicit: Charitas nunquam excidit, nõ hoc Charitas asserit, quod charitas in hac vita non possit amitti per peccatum, sed quod non cessabit post hanc vitam per superuentientem gloriam, sicut fides & spes, & plura alia spiritus sancti dona cessabunt, vt dictum est.

¶ Prophetiæ, inquit, euacuabuntur, quia sunt respectu futuræ. Status autem eterne beatitudinis futurum nihil expectat, sed habet finale cõplementum quæ possunt desiderari. Prophetiæ euacuabuntur.

¶ Siue lingue cessabunt, eò quod & humis doni causa cessabit, videlicet fidei per diuersarum linguarum gentes propagatio. Non tamẽ in patria cessabunt loquutiones. Erit enim bunt, illic laus vocalis, vnde & ipse vsus lingue permanebat.

R. elurgit quippe sancti cum omni integritate. Quod non fieret, nisi resurgentes etiã officii lingua, id est, sermone reportaret. Sed intelligendum est de dono linguarum, quo plerique in primitiua ecclesia donati, loquebantur linguis.

¶ Porro quum ab initio cõditionis humanæ ad diluuium vsque & ultra fuerit terra labij vnius, etiã cõsentancum rationi esse videtur, qd ad sermonis & lingue vnitatẽ natura humana radẽ in cõluminatione sui reduceatur, p̄sertim quò propter peccata hominũ cõsolum sit labij vniuersæ terræ.

¶ Siue scientia, inquit, destruetur, scilicet, quò ad id quod est imperfectionis in ea. Verbi gratia: Modo scire dicimur quòd deus est vbique, sed hoc vtiq; imperfecte scimus. Ibi vero adeò clare illud videbimus quòd illud nostrum

Gen. 11.
Sermonis vnitatis reuocanda.

Scientia destruetur.

Simile.
Esa. 65.

vetus & præteritum scire respectu illius patientissime veritatis, tunc clarè & palàm visè, abesse poterit. Sicut & stellarum lumen destrui dicitur adueniente sole. Et fortassis superuacua scientiæ illic profus destruentur. Non erunt in memoria (inquit propheta) nec ascendent super cor.

Hieron.

¶ Porò scientia scripturæ diuinæ hic acquisita nobiscum illic est permanens, ablato ea quod imperfectiois est. Vnde B. Hieronymus inuitans Paulinum ad sacrarum studia literarum: Hoc discamus, inquit, in terris, cuius scientia nobiscum permanet in cælis. Sequitur:

Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Quum autem uenerit quod pers. sibi est, euacuabitur quod ex parte est.

Scientiam
nostram im-
perfectam
esse.
Philosop.

¶ Hic reddit causam eorū quæ dixit: quir videlicet prophetiæ euacuabuntur, & scientia destruetur, d. Ex parte enim cognoscimus. Id est, Imperfecta est scientia nostra quæ nunc habemus, ea præsertim quæ de deo est, ad cuius notitiam (vt quidam philosophorum huius mundi dixit) se habet noster intellectus, sicut se habet oculus nocturnæ ad lumen solis. Vnde ait propheta: Mirabilis facta est scientia tua ex me, cõfortata est, & non potero ad eam. Imperfecta est similiter & prophetica cognitio, quia ænigmatica est. Quum autem uenerit quod perfectum est, id est, status beatitudinis, omnium bonorum secura & sempiterna tentatione perfectus, euacuabitur quod dimidiatum est. Quod ostendit consequenter exemplo paruuli, cuius & cognitio, & loquela, & sensus imperfectus est, dicens:

Quum essem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Quando autem factus sum uir, euacuati quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.

In hac vi-
ta nos par-
uulis simi-
les esse.

¶ Quum asseruisset in rei perfectioris aduentu euacuandum id esse, quod ex parte consistat, nunc exemplum inducit, quo quantum inter se differant præsentis & futuræ uitæ, scientia patefacit d. Nunc quidem paruulus similes videmur, tunc verò sumus in viros euasuri.

¶ Loquebar, inquit, vt paruulus: Hoc ad genera linguarū refertur. Sapiebam vt paruulus: Et hoc ad prophetias. Cogitabam vt paruulus, quod vtique ad ipsam scientiam referendum

ferendum est. Quum autem factus sum uir, euacuati quæ erant paruuli. Hoc est: Quum in futuro seculo firmiorem fuero scientiam consequutus, tunc sane ea quæ nunc potimur imbecillis erit & perexigua, & paruuli similis.

¶ Vnde subiecit: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Declarat quod dixerat de paruulo, ostendens subobscuram nobis esse rerum cognitionem, quod clarius tunc sit omnino futura. Videmus, inquit, nunc per speculum: & vt clarius explicet rei inspectæ imitationē, in ænigmate, inquit, vt presentis scientiæ quæ ex parte est, multam ostendat exiguitatem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum, inquit. Quasi dicat:

¶ Non ego noui cum, sed ipse me. Quomodo nunc ille mei habens cognitionem, mihi succurrit & opitulatur: sic & ego tunc longe magis quàm in præsentia ad eum confugiã. Nec tamen id quisquam poterit, quod omnimodam dei habituri simus cognitionem, quantum ipse secundum se cognoscibilis est, sic enim non nisi à semetipso deus cognoscitur: sed in tantum ad eius notitiam progrediemur, quantum ipse sui noscendi facultatem nobis contulerit. Et tanto illi plus ad hærebimus, quanto se nobis propinquiorē præstiterit.

¶ Nec secus profecto nobiscum nunc agit, quàm si quis infantem nobilem aliquem expositum & proiecum inueniat, ore blandulum & alludentem, quibus ita sublatum domum deferat, educetque liberaliter, opem dæum clarū reddat, in autamque traducat. Ille vero in ea infantiã quæ diu persistit, nihil sentiet penitus quæ gesta sunt, neque eius qui se gestauerit aleritque, clementiam interoscer. At quum in virum euaserit, tunc tandem hominem cogniturus est qui fuerit de se tam bene meritis. Euidemque nec immerito beneuolentia prosequetur, tunc enim cognoscat sicut cognitus est. Cognoscat, inquam, plene atque perfecte gratiã adoptantis, quam dum adhuc esset paruulus imperfectè cognoscebat. Sanè talis erit notitia quæ de dei in nos munificentiã & benignitate in patria sumus habituri, ad eam quam nunc in via imperfectã habemus & modicã, quæ etiã destruetur, vt dictum est, illa adueniente quæ perfecta

Parabolã
aducere.

erit: sed non sic charitas. Sequitur enim:

Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas.

Hic explicat propositum, videlicet quod horum trium donorum quæ sunt fides, spes, charitas, præstantissima sit charitas. Nunc, inquit, hoc est in statu viæ, manent hæc tria, quibus recte ordinamur erga deum, Fide nempe correspondemus diuinæ veritati, Spe ipsius in nos beneuolentiæ & misericordiæ, Charitate verò, ipsius immensæ bonitatis. Nam quia verax est, debemus ei credere, fidelis est enim in omnibus verbis suis. Quia munificus in nos & misericors est, debemus in eum sperare. Denique quia bonus, & fons omnis bonitatis est, debemus eum amare, qui prior ipse dilexit nos, præsertim quum nisi ipse nos priusquam essemus amasset, non vti que fuisset. Hinc & per

Psal.

1. Ioan. 4.

Deut. 10.

August.

Charitas
donum om-
nium ma-
ximū est.
August.

Apoc. 3.

Moyse dicitur: En domini dei tui est cælum & cæli cælorum, & terra, & omnia quæ in ea sunt, & tamen patribus tuis cõglutinatū est dominus, & amat eos, elegitque semē eorū post eos. Sequitur: Ama itaque dominum deū tuum, & obserua præcepta eius omni tempore.

Super quo B. Augustinus ait: Quid tibi sum ego bone domine, vt te amari iubeas à me: & nisi id faciam, iaceris, & minaris mihi ingentes misérias, aut quid amor meus vt delesteris in eo? Sed ad verba Apostoli redeamus: Maior, inquit, horum est charitas. Fides enim & spes succedentibus eis in patria (vt dictum est) clara visione & tentione secura deficiet, charitas verò manebit. Ipsa enim omnium in nos dei donorum præstantissimum donum est, forma seu decor, & vitæ ceterarum omnium animi virtutum. Sine hac quantumvis diues pauper est, & quantumvis pauper hanc possederit, diues est. Nam (vt idem B. Augustinus ait:) Vbi est charitas, quid est quod possit abesse? vbi verò charitas non est, quid est quod possit prodesse? Hinc cuidam, qui sine charitate fe diuitem esse iactabat, à domino dicitur: Dicus quia diues sum, & locupletatus, & nullus ego: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & careus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum & probatum, vt locuples fias. Hoc aurum charitas est, quod prudens negotiator vitam mercatur æternam.

DOMI-

DOMINICA PRIMA

Quadragesima.

Fratres, hortamur vos ne in vacuum gratiæ dei recipiatis. 2. Cor. 6.

In hac lectione Apostolus hortatur nos. Primo, vt dei gratia vigilanter ad salutem nostrā vtamur. Secundo, vt tam per aduersā quam prospera spiritualiter proficiamus. Primum facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Per arma iustitiæ.

Circa primum dicit: Hortamur vos, ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Vbi duo facit: Primum nos hortatur, quatenus bene vtamur dei gratia, vt dictum est. Secundò præcipit cauere à proximorū offensa, ibi: Nemini dantes.

Circa primum: hortatur vos, inquit, hortandò que Christi vice fungimur, ne incassum accepisse dei gratiam inueniamini. Quid enim prodesset per hanc à peccatis fuisse liberatum, si remissione accepta, ad pristinam negligentiam rediretur? Id enim nil aliud foret, quam iam pristinam illam inimicitiam relabi, si que fieret vt frustra in nos tanta videretur gratia fuisse collata. Non enim ita existimandum est, quasi in sola fide salus, & peccatorum cõsert remissio, quum & optimo viuendi genere opus est, vt à peccatis simus immunes. Porro exhortatiõis istius causam fudir, dicēs:

Ait enim:

Scilicet, ipse dominus per Esaiam Prophetam,

Tempore accepto exaudiuī te, & in die salutis adiuuī te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.

Tempus acceptabile dicit, in quo per redemptoris gratiam, & remissio peccatorum fit, & donatur iustitia. Illud enim haud dubie est acceptabile tẽpus, quo nos à quãtiscunque sceleribus redeuntes recipit deus, exauditque, & saluos facit. Non enim huiuscemodī gratiæ semper tẽpus erit. Post exactum quippe vitæ istius breuẽ decursum, nequaquã parebit precū aut meritorū locus. Ambulate ergo dum vitæ huius, mortis, & cœlestis lucẽ habetis, ne vos vel peccatorū, vel mortis tenebrę cõprehendat. Venit quippe nox, vđ videlicet clausis in suprema vitæ meta luminibus corporis, nõ vltra reuertetur oculus tuus, vt in hoc mundo videat bona. Venit nox, inquit, in qua nemo potest operari. Tob. 7.

Solam si-
ne operi-
bus fidem
non suffi-
cere.

Esa. 49.

Tẽpus ac-
ceptabile.

Ioan. 12.

Ioan. 9.

Tob. 7.

Ad hæc **¶** Observare nouerit mortales tempus mendendi, tempus ferendi & plantandi, tempus placandi seu reconciliandi. Denique tempus negociandi & lucrandi. Et utique in his & similibus filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Attamen sapiens quisq; tempus obseruat, sciens q̄ omnia tempus habent. Ecce, inquit, nunc tempus acceptabile, tempus aptum, quo possumus ad peccatricis conscientie vulneribus uisione misericordie diuine sanari, tempus quo virtutum in nobis plantaria & semina iustitie serere fas est, quo rursus per penitentiae lamenta, offensam nobis dei possumus placare maiestatem, quo denique negotiatione Euangelica thesaurizare nobis in celo possumus. Hanc opportunitatem nemo prudens prætereat, nemo contemnat, ne forsitan ab ea deseratur & ipse, & illam profus reuocare non possit amissam. Nam (vt legislator ait) iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Non vanè ergo nos admonet Apostolus ne in vacuum gratiam dei recipiamus.

Deut. 32.

Quadrifaria gratia.

¶ Quocirca notandum est nos quadrifariam accepisse gratiam, qua monemur vi ad salutem. Prima est gratia fidei Christiane. Secunda est gratia Euangelica doctrine. Tertia est gratia remissionis culpæ. Quarta est gratia quadragesimalis obseruantie. Per primam spiritualiter plantamur. Per secundam irrigamur. Per tertiam a lapsu rursus erigimur. Per quartam verò expurgamur & excolimur.

Gratia fidei Christiane.
Ioan. 15.
Ephes. 1.

¶ De prima, videlicet, gratia fidei Christiane, per ipsum nobis dominum dicitur: Elegi vos, & posui vos vt eatis, vt fructum afferatis, & fructus vester maneat. Elegi vos, inquit, quasi tenellas adhuc arborum plantas ex multitudine eorum qui pereunt in ignorantia dei, quasi ex quodâ deserto. Elegit enim nos (ait Apost.) ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in cõspectu eius in charitate. Et hoc est quod ait: Vt eatis, & fructum afferatis, fructum videlicet innocentie, fructum obedientie, fructum penitentie, fructum patientie, & similes, ne forte si fructum non fecerimus, sterilis scilicet indicium accipiamus, de qua possessor eius ait: Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam. Vt quid etiam terram occupat?

Plantauerat

Plantauerat quippe illam in vinea sua fructuum gratia. Haud secus (vt dictum est) elegit nos dominus in ecclesia sua, quasi in terra vberi, & in loco selecto plantauit, nõ vt ad pijs operibus steriles, sed fecundi fructibus iustitie reperiamur, de qua gratia alio loco dicit Apost. Fide statis, 2. Cor. 1. **¶** De secunda gratia quæ est Euangelicæ doctrine, qua spiritualiter irrigamur, illud intelligere possumus. Pluit super iustos & iniustos, & tanquam imbres mittit eloquia sapientie sue, vt per illã ad spirituales fecunditatem irrigemur. De qua rursus gratia Moyses ait: Concreuait vt pluuia doctrina mea, sicut vt ros eloquium meum. Sicut enim nisi compluatur terra, induratur, & sterilis efficitur, deficiente (sicut in diebus Heliae patuit) quum clausum esset cœlum 3. Reg. 17. annis tribus & mensibus sex, & facta est sterilitas magna: & rursus, quum ob peccatum Saul in Gabonitis nõ pluit super terram Israel in diebus Dauid regis per annos tres, pluuie defectum sterilitas terræ & fames est subsequuta) ita & dei verbo ab hominum mentibus deficiente, consequens est vt induratur, & a fructibus vacent iustitie, quæ cœlestis verbi doctrina, quasi opportuna pluuia rigat, fructum suum daturæ erant in tempore suo, secundum quod per Prophetam de efficacia verbi sui loquitur, dicens: **¶** Quo modo descendit imber & nix de cœlo, & illic vltra non reuertitur, sed in fundit terram, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, nõ reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Si verò nec per irrigationem discipulæ cœlestis humani cordis ager fructificet, audi super hoc ipsius iudicium: Terra sæpe venientem super te Heb. 6. bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à deo. Proferes autem spinas & tribulos reproba est, & maledictio proxima, cuius consummatio in combustionem.

¶ De tertia gratia, scilicet remissionis culpæ, aduerte quòd Gratia qua sicut arboris planta, necdum firmiter radicata, plerumque lapsi erigi vel propria imbecillitate, vel pondere grauioris comæ, mur, vel vi ventorum, in terram prolabitur: ita nimirum & mortalis homo, vel proprie corruptione naturæ, vel dia-

bolica aut certe prauorum hominum seductione cito a fta tu rectitudinis in culpam dilabitur, qui tum rursus erigitur, quum per penitentiam consequitur spem de remissionne peccatorum.

Gratia qua excollimur De quarta gratia, videlicet quadragesimalis obseruatie illud est considerandū, quod quadragesimale ieiuniū per modū efficacis & necessaria cuiusdā medicinæ animabus corporibūque curā, dis salubriter institutum est. Rursus, vt per huiusmodi obseruationē ieiunij corpus nostrum (quatenus debitos penitentiæ fructus adferat) excollamus.

Luc. 13. Quum enim ficulneam illam sterilem in Euāgelio insisteret dñs suus excindi, interpellauit pro illa cultor, dicens: Dimitte eā & hoc anno, donec fodiam circa illā, & mitam stercorea. Et si quidē nec sic fructū fecerit, excidetur. Hoc nimirū insinuante parabola, q̄ dominus ipse qui nō mortē, sed penitentia dēyderat peccatorum, dissimulat peccata hominū propter penitentiam. Sicut Esaias testatur, dicens: Propterea expectat dominus, vt misereatur vestri. Longanimiter enim & patienter expectat, si forte per debitam & profundā humiliationem, & amissorum veridicam cōfessionem, ac ieiunij persolutionē, quasi per fossionem cū radicem, & appositionē stercoreum, & fructum inuitilium & malorū præfessionē peccator respiscat & cōualecat ad mores rectos. Rectē nos monuit Apostolus, ne hanc tam magnam atque multiplicē gratiam in vacuum, & frustra recipiamus, ne forsā irascatur domin⁹, & dicat: Quid vltra debui facere vineę meę, & nō feci? Expectaui vt faceret vvas, & fecit labruscas, & veniat super nos id quod subiecit, dicens: Et nunc ostendā vobis quid ego faciā vineę meę. Auferā sepe eius, & erit in direptionem. Diurnā maceriam eius, & erit in cōeulationē. Non putabitur, & nō fodietur, & ascēdit super eam vepres & spinę, & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem.

Esa. 5. Possunt nihilominus gratiē dei vocabulo cętera omnia in nos dei dona cōprehendi, gratis enim cōferuntur, cuiusmodi sunt: fides, spes, charitas, naturæ bonitas, integritas sensuum, perspicacitas intellectus, sanitas mēbrorū facultas o pum, vsus tēporis, denique vsus rerū quarumlibet nobis concessarum, quibus omnibus vt iubemur ad salutem.

¶ Porro

¶ Porro dei gratiā in vacuum ille accepit, qui gratiā fidei, & remissionem peccatorū consequutus, præceptis dei obaudire recusat, cuius fides (quod sine operibus sit) mortua reputatur & inanis. Bona quoque temporalia in vacuum ille accepit, qui iuxta cōsiliū domini non sibi inde facit amicos, qui illum quum hinc fuerit demigrādum, recipiant in aeterna tabernacula. Vires insuper & sanitatem ac robur membrorum hī frustra acceperunt, qui non domino, sed fornicationi corpora sua substerunt.

¶ Circa secundum quo nos monet caute ad proximorum offensa dicit:

Nemini dantes ullam offensionem, ut non uideatur ministerium nostrum.

¶ Tacite culpatur eos quorum male acta ad multis reprehēduuntur, quod vtiq̄e redundat in vituperium & dedecus ministerij, tam ipsorum, quā suorum doctorū nam culpa discipulorum redundat in doctorē. Quannū id fortasse, non absurdē, & aliter posset intelligi, vt sit sensus: Nemini demus vllam offensionem, ne propter hoc ministerium nostrum deo non sit acceptum. Si enim offers munus tuū, inquit dominus, ad altare, & recordatus fueris quia fractus tuus habet aliquid aduersum te, quia videlicet offensionē ei aliquam dedisti, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Nemini ergo, inquit, dederitis vel verbo vel opere vllam offensionem. Sequitur:

Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut fidei ministerios.

¶ Ac si dicat: Non solum hoc necesse est, vt ab aliorū offensione, & ab omni culpa vacemus, sed insuper id ad nobis requiritur, vt ex nostro rectē viuendi modo perspicuū sit dei nos esse ministerios, qui illi & verbo & opere militent, & illius obsequijs se totos esse deditos probent. Quibus ipse dicit: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et iterum in euāgelio: Qui mihi ministrat, inquit, me sequatur. Qui enim dicit se in Christo manere, id est, Christi seruuū esse, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.

In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus.

¶ Hic docet vt dei gratia, quo ad quēdā exercitia in spe

Offensionem nemini danda.

Matth. 5.

Leuit. 19.
Ioan. 12.

ciali, dicens: In multa patiétia. Ac si dicat: Dei ministros & imitatores Christi decet patiétia, & hæc quidè nò modica, sed assidua & multa, quoniam multa occurrunt molesta. Ideoque nò semel atque iterùm erit patiétia præstanda, sed exhibenda vsque in finè. Vnde & alibi dicit: Patiétia vobis necessaria est, vt voluntatè dei facientes reportetis pmissionem. Quibus autè in rebus patiétia sit exhibenda, ostendit, dicens: In tribulationibus, ex aduersariis persecutionibus. In necessitatibus, ex inopia & defectu earum rerum quæ ad vitam sunt necessarie. In angustiis, ex eadem difficultate. In plagis, quod difficultis est, quum illè corpus afficiat acerbò doloris sensu, denique in carceribus inquit: frequenter enim Apostolus ipse, & plagis cõfessus, & in carceres missus est. In seditionibus. Vt enim nullo loco tutus esset, aduersarij ceteros in eum in seditione cõmouebant. Itaque in istis, & huiusmodi malis quæ nobis extrinsecus insiguntur, docet bene vti gratia dei.

¶ Cõsequenter autem docet eadem bene vti in iis, quæ fidelis quisque ppter deum sponte assumit, dicens:

In laboribus, in uigiliis, in ieiuniis.

¶ In laboribus enim, vt verè Christi ministeriùm Apostolus se exhibebat, sicut ipse ait: Vsq; in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operâtes manibus nostris.

¶ Laborat autem, tum ne villo vnquam tempore otio torperet, tum vt cæteris exemplum operandi præberet, tum vt iuxta præscriptum diuinæ sententiæ, In sudore vultus sui vesceretur pane suo, tum ne propter questû prædicare videretur, sicut faciebant pseudoapostoli, quibus fallendi incautos viam præcludere volebat, vt in quo gloriantur, inquit, inueniantur similes nobis, id est, nihil accipientes à populo, tum denique ne illos, quibus prædicabat, quoquo modo grauaret. Sequitur:

In vigiliis ¶ In vigiliis, aut spontaneis orandi vel docendi causa, vel etiam gratia laborandi manibus vltro susceptis, vel certe persequentium insecratione toleratis.

In ieiuniis ¶ Proinde: In ieiuniis, inquit, aut voluntarie cruci Christi amore assumptis, aut certe nonnunquam ex inopia necessarij comæatus perpessis,

Sed ex

¶ Sed ex istis questio suboritur: Quum enim tot difficultatibus agitentur sancti, quid est quod dominus ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Videatur enim quòd nò à laboribus ad quietem, sed à quiete ad laborem vocati sunt. Dicit enim aliquis: Quomodo iugum suauè est, & sarcina leuis? & quomodo dicit: Venite ad me omnes qui laboratis. & nò: Venite qui vacatis vt laboretis.

¶ Ad hoc dicendum est, quòd quum aspera & grauiora sustinent sancti, adest profectò spiritus sanctus qui in exterioris hominis labore & consumptione interiore hominem renouat de die in diem. Et gustata requie spirituali, ipse future beatitudinis omnia aspera releuat & mitigat. Vnde fit vt etiam in tot duris & asperis Christi iugum suauè, & onus eius leue sit. Requies enim interius viuificante & iustificante spiritu sancto datur, quo etiam spe futurorùm (vt dictum est) aduersa omnia huius temporis mitigantur. Omnia enim quòtumuis immania & sæua, facilia & propè nulla facit amor. Alioqui mors profusus in olla, nisi veri Heliæi farinula dulcoretur.

Deniq; exhibeamus, inquit, nosmetipsos vel dei ministros.

In castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in caritate nò ficta, in verbo veritatis, in uirtute dei.

¶ In castitate, inquit, mentis, scilicet & corporis. Sed quoniam difficile & arduum est hominem sine vlla subsistere voluptate: ideocirò ne illa magis in carne quàm in spiritu quærat, subiicit:

¶ In scientia, quasi dicat: Exhibeamus nos sicut dei ministros in scientia, scilicet scripturarum veteris ac noui testamenti, vt ex illa sanctam & castam capiamus voluptatem. Ait enim beatus Hieronymus: Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. Rursus: In scientia ait, quia pernoscatis qualiter vobis sit cõuersandum, quid ve aut credendum, aut sperandum, quid faciendum, & quid fugiendum.

¶ Porrò ne vos temporalium aduersitatum diuturnitas In lónganimitate, exhibeatis vos, inquit, vt dei ministros in lónganimitate.

B ij

Questio.

Mat. 11.

Solutio.

4. Reg. 4.

In castitate.

In scientia.

Hierony.

mitate patienter dei promissa præstolando. Ne autem rebus aduersis anxie examinati, aliquam in animo amarulentiam fortasse cōtraxeritis, quum longanimitatem antè præcepisset, mox subiecit:

In suauitate in spiritu sancto, quæ proflus omnem depellit amarulentiam, affabilem in verbo ad proximum, & dulcem in conuictu reddens. Sit autem, inquit, suauitas hæc in spiritu sancto, vt fictio & dolus & carnalitas excludantur. Verùm quia hæc sine charitate exhiberi vix possunt, rursus, quia charitas à spiritu sancto est, mox adiungit, dicens:

In charitate non ficta. Multorum enim est charitas simulata & ficta, qui videntes proximū necessitate qualibet angustiatum, quæ se charitate fraterna diligere simularāt, negligunt & contemnunt. Sed charitas non ficta est eorū qui proximum, quem in rebus prosperis dilexerant, in aduersis constitutum non derelinquunt. Hoc enim est diligere non verbo tantum aut lingua, sed opere & veritate.

In verbo veritatis. Quoniam vero dei & proximi charitas, syncerum & fidelem reddunt hominem in verbo, idcirco quum præmississet charitatem nō fictam, mox sequens adiecit. In verbo veritatis, scilicet exhibeamus nos sicut dei ministros, vt dei verbum, quod vtique verbum veritatis est, nequam simul adulterantes, & vt loquamur veritatem vnusquisque cum proximo suo.

In virtute dei. Verùm ne hæc quæ dicta sunt (& exprimunt vere ministros dei) nos aliunde assequi posse arbitremur quàm à deo, cui nihil impossibile est, & illud ita dem adiecit: In virtute dei, scilicet sperādo non in hominibus mortalibus, aut in nobis ipsis, sed in virtute dei, inquit, eidē virtuti veraciter & fideliter attribuētes, si quid recte per nos geri videatur.

HOMILIA ALTERA.

De arma iustitiæ à dextris & à sinistris.

2. Cor. 6. Aduersis pariter & prosperis bene vti. **P**er arma iustitiæ à dextris & à sinistris. In superioribus docuit Apostolus, quatenus dei gratia ad salutē nostrā vtatur. Hic cōsequēter hortatur, vt tam per aduersa quàm per prospera proficere studeamus, dicēs: Per arma iustitiæ. Hoc est: Virtutū armis muniti incedamus in prosperis & in aduersis. Habet autē arma, id est, munimentū virtutis à dextris, quæ huius seculi

seculi prospera & blāda in superbā nō extollit. A sinistris quoque habet arma, quæ aduersa nec deiciunt, nec frangunt. Paulus à dextris & à sinistris arma portabat, atque securus per medium inter vtraque, prospera scilicet & aduersa incedebat, qui & in prosperis humilis, & fortis erat in aduersis. A dñe ergo & nobis in rebus aduersis spei fiducia, in prosperis autem nos correat timor, ne vel aduersa in desperationem nos pertrahant, vel prospera, fiducia vana deceptos, per superbiam extollant.

Si quidem hæc duo, timor & spes, sunt nubes per diem ab æstu protegēs, & columna ignis per noctē dei populo lucens in deserto, donec ad promissam venient hereditatē. Hæc denique sunt inferior illa mola atque superior, videlicet spes supportās, & timor deorum premens, quarū neutri loco pignoris auferre creditor fas est. Sane nostri muneris est, in vtrisque, prosperis scilicet & aduersis nos ita gerere, vt vtraque nostris profectibus ad dei gloriā obsecundēt ipsius Pauli exēplo, qui neque tristibus & aduersis cōtraheretur, neque latis & prosperis insolesceret, sed potius hæc ipsa, vt arma iustitiæ ipsi essēt, virtute faciebat.

Per gloriam & ignobilitatem.

Quia & inter illos à quibus gloriosi dicimur, & inter illos à quibus dicimur ignobiles incedere debemus tum modeste & temperanter, tum patienter & æquanimiter, sicut ministri dei, vt neque eorum qui nos amat laude aut favore eleuemur, neque odientium nos cōtumelias & detractione deiciamur, sed tam gloria quàm ignobilitate, quasi armis iustitiæ à dextris & à sinistris depugnemus.

Quod si quæras, quo pacto pro armis iustitiæ hæc Apostolo fuisse potuit gloria. Equidem quia multos ad religionis honores inducat & fidē, qui præceptorum deserunt honores. Nec eius doctriinā Pauli derogabat, qui nec laudatus gloria batur, nec affectus ignominia deturbebatur. Quin potius vtraque ad probitatem, vel ad patientiam cum prædicationis officio exercebat. Sequitur:

Per infamiam & bonam famam.

Dicebatur Apostolus ipse ab aliquibus impostor & magus, ab aliis autem prædicator veritatis. Nam (vt Luca memora) gentiles in Lystris ciuitate Lycaoniæ, Pauli

Pauli famam bona

& infamiam Ag. 14.

virtutibus & miraculis percussus, volebant illi & Barnabę, non vt mortalibus hominibus, sed vt diis immortalibus tauros sacrificare, dicentes Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium esse, eò quod esset flux verbi. Ecce quàm bona fama, quàm sublimis de apostolis opinio.

¶ Protinus aut agētibz Iudejs, & cōcrātibus turbas aduersum eos in seditionē & tumultu lapidatus est Paulus, ita vt p mortuo extra ciuitatē à lapidatibus relinqueretur.

Actu. 16.

¶ Rursum, Philippis ciuitate Macedonię à quibusdā Paulus cum suis venerabiliter sunt excepti, vbi mox iubente magistratu (vt in alefactores) sunt flagellis cæsi, & cōiecti in carcerem, qui tamen aliorum assertionē sancti, & omni honore digni habebantur. Itaque per bonam famam gerebat se vti decet ministrum Christi, & nihilominus per infamiam. Nam & hac ad Christi gloriam utebatur, pro illius amore iniquum de se rumore patienter sustinēdo, quod vtiq; magni momenti est.

¶ Infamia enim acerrime mentem mordet. Vnde & dominus beatos asserit, qui conuita & contumelias perferunt. Ipsa nēpe infamia cruciatibus ipsis videtur acerbior. Nam quum corpus tormentis vrgetur, dolorē patitur caro

In famia sensum habens: quum verò infamia afficimur aliqua, acerrima incumbit quequid est oneris. Per infamiam, inquit, & bonam famam, prudētē incedamus, vt quum per bonam famam demulcemur, vobis ipsis sumus iudices: dum verò per infamiam immeritam dehonestamur, solatio nobis sit bona conscientia. Sequitur:

Vt seductores, & veraces.

¶ Exponit quod premiserat per infamiā & bonam famā. Ab infidelibus enim apostoli dicebātur esse seductores & Magi, à fidelibus autē ppter salutarem corū doctrinam & signa, veraces & iusti. Sed quis inde miretur? Si enim patrē familias Beelzebub vocauerūt, quanto magis domesticos eius? A Iudeis enim dñs ipse seductor est appellatus. Vnde & ad Pilař de illo dicebant: Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam. Itaque vel ipsis Christi exēplo, vt seductores apud infideles, & veraces apud credētes incedamus patřter & modeste, vt inq; virtutū armis protecti & tuti. Sequitur:

Sicut

Sicut qui ignoti & cogniti.

¶ Nos, inquit, sumus habiti vt ignoti & reprobi à deo & hominibus, quum tamen sumus à deo vere cogniti & probati, & interdum etiam ab hominibus. Ignoti quidem impiis, fidelibus autem in conseruatione & doctrina cogniti, quòd veri dei cultores sumus: sed inter hæc incedimus armis iustitię muniti, vt nec despectio nos deiciat aut contristet, nec extollat exhibita veneratio. Sequitur:

Quasi morientes, & ecce viuimus.

¶ Morimur, inquit, secundum voluntatem & opinionem nobis infidantium. Verantamen quantum ad deo virtutem nos protegentem ecce vita fruimur. Denique apud multos habiti sumus

Vt castigati, & non mortificati.

¶ Vt castigati, i. per verbera à prædicatione prohibiti sumus vt putaremur cedere, sed non sumus mortificati, quia nõ vincimur, nec plagarū terrore cedimus. Mortificatur enim hoc loco, qui nõ permanet in fidei cōfessione. Vel si maui, de corporali nece potes digni accipere. Vt etiā sicut

¶ Castigati sumus pressuris, Permissit enim eos deus multo dis exerceri pressuris, vt meritis crescerent. Fiunt, inquit, hæc dei permisso ad nostrā castigationem, vt tamē ad futuram mercedem non paruum sit interea huiuscæ castigationis lucrum. Quod à Psalmistę verbis desumptum esse constat, quum inquit: Castigans castigauit me dominus, & morti non tradidit me.

¶ Quando enim flagellabātur Apostoli & martyres, castigabat quidē illos deus, ne se extollerēt ppter gratię dona illis cōcessa, p quæ erat mudo admirabiles, sed incolumes seruabat & viuos vique ad rēps à se presinitum. Sequitur:

Quasi tristes, semper autem gaudentes.

¶ Ac si dicat: Exteriori quidē hac facie videmur tristere cōfecti, intus tamē in credibili fruimur suauitate. Nõ enim interruptū vel instabile est gaudiū nostrū, sed continens & perpetuū. Quauis enim tristes desoris apparemus inter pressuras nos instantiū, intus tamē per spem gaudemus, securi cœlestiū premiorū, scientes quòd non sunt cōdignę passionē huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Hinc enim quasi tristes, non autem tristes,

n iij

Rom. 8.

quasi vere tristes, sed solum apparenter, reuera autē semper gaudentes sumus, quia huiusmodi nostra tristitia gaudiū operatur, gaudiū vtique sanctū & securum, quale semper habet bona conscientia. Vnde & per Salomonem dicitur: Secura mens quasi iuge conuiuium. Sequitur:

Sicut egentes, multos autem locupletantes.

Paulus paupe-
r, paupe-
res
suscitat.
Tob. i.

¶ Ac si dicat: Etsi difficulter & cum laboribus victū atque vestitum stricū ac tenuem habeamus, tamen per doctrinā fidei plurimos in spiritu locupletamus. V. sustentabat etiam ipse Paulus pauperes sanctos qui debebat in Iudæa, qui ad exemplum Christi & Apostolorum eius vitā & mores ad euāgelicę perfectionis exemplar instituerat, nihil propriū possidentes. Denique per Pauli doctrinā plurimi didicerunt iuste & pie viuere, qui per hoc proficiebāt, non solum spiritaliter, & in bonis moribus, sed etiā interdum in temporalibus diuitiis, iuxta illud: Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Et præter hæc, inquit, habitū sumus non solum sicut egentes, sed etiam

Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

Omnia qualiter
possidebat
Apostoli.

¶ Nihil, inquit, habentes, terrenum videlicet & propriū, sed omnia possidentes in communi, quomodo viuiebant fideles sub Apostolis in ecclesia primitiua. Vel, omnia possidentes, spiritalia scilicet, & temporalia bona. Hęc enim fuit Apostolorum gloria, nihil omnino possidere, sine sollicitudine & cura rerum temporalium viuere, & tamen tam res ipsas, quam rerum dominos possidere.

Valerius.
M. Curij
Consulis
exēplum.
Mat. 10.

¶ Vnde memorat M. Curium respondisse quando contra Sannytes cum exercitu Consul missus, hostium legatis ad se uenientibus, & vt discederet magnum auri pondus offerentibus, ligneo sedens scāno, & scūtibus vtens in mensa, ait: Carum vobis & superuacuum mihi metallum in patriā reportare. Nō enim aurum habere, sed aurum habentibus imperare volo. Et memōtote Curium scire nec auro corrupti, ita nec acie posse superari. Idipsum profectō dixisse potuissent Apostoli, ex quorum omnium persona Paulus hic ait: Tāquam nihil habentes, & omnia possidentes. Et similitur B. Petrus suo & Apostolorum ceterorum nomine loquens, ait: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Omnia tamen Apostoli possidebat in Christo, qui ppe qui omnium

omnium dominus est, & cui subiecta sunt vniuersa. Data enim est ei omnis potestas in celo & in terra, cōq; & Apostoli omnia sibi putabāt esse subiecta, quōd omnī dñm & possessore per fidē & charitatē se possidere nō ignorabāt.

¶ Vnde & B. Hieron. ad Paulinū scribens, ait: Credēti totus mundus diuitiarum est. Aduertendū verō est in alteris supradictorū semper additū esse, velut, vel quasi, vel sicut, vel tāquam, et q. hęc quibus ea, vel eorū aliquod adiunctū est, sicut in somnis trāseunt, contraria verō afferuntur sine quasi, quōd vera & certa subsistat. Verbi gratia: Quasi tristes, inquit, quasi tristitia ista nostra habet quasi gaudiū verō nō habet quasi. Quare hoc? Profectō, quia gaudiū sanctorum certa res est: Tristitia verō huius tēporis, sicut in somnis eis trāsit. Quasi tristes, inquit, semper autē gaudentes. Veluti, quū quis somnium suum vigilās indicat, addit, quasi, dicens: Putabā me, quasi se dissidit, vel quasi rem aliquā inuenissem, vbiq; dicit, quasi. Quia quod videbat dormiens, quū euigilauerit nō inuenit: euauit enim, quia non res vera subsistens, sed tantum rei subsistentis imago fuit.

DOMINICA SECVNDA

Quadragesimæ.

Fratres, rogamus vos & obsecramus in domino Iesu, ut i. Thess. 4. quādamodū accepistis à nobis, quomodo uos oportet ambulare, & placere deo, sic & ambuletis, ut ab hæretis magis.

¶ In hac lectione Apostolus duo facit: Primo monet fideles, vt in doctrina ab ipso percepta proficiant. Secundo quædam ostendit, quæ necesse est vt proficere uolentes in bono, omnino deuitent. Primum facit à principio lectionis. Secundum ibi: Hęc est enim uoluntas dei.

¶ Circa primum dicit: De cetero fratres rogamus vos. Ostendit quid post acceptam salutis doctrinam sequi debet. Ac si dicat: Superiori tempore de necessariis ad salutem. Verbi gratia: De credendis, de sperandis, de cauendis, de profequendis, vos plenus (vt ipse nostis) instruxi. Colui vineam, seminavi agrum. Quid expectandum, nisi vt inde fructus sequatur? Ideo rogamus vos, & obsecramus in domino Iesu (id est, si Iesum diligitis, ac quiescite rogātī) vt quemadmodum accepistis à nobis, verbo & opere,

Mat. vlt.

Hieron.
Aduersa
sanctorum
appareriā,
leta autem
habet ve-
ritatem.

quomodo vos oportet ambulare & placere deo, sic ambuletis. Quod rogat & obsecrat per Christum, ubi posset iudicare, modestè pariter & prudentiæ est. Nouerat probe quod sicut remissus imperanti facilius pareatur, ita etiam imperiose rigidèque præcipienti & difficilius auditur & citius contradicitur.

3. Reg. 12. **R**oboam populo supplicanti vt imperiù graue paululù alleuiaret, auferre & superbe respondendo perdidit regnù Israèl. Hinc sacerdotibus qui grãdila iubet, nec minima faciunt, à domino dicitur per prophetam: Gregem meum nõ pascetis. Sed cum auferat imperabatis eis & cù potètia, & disperse sunt oues mee, eò qd nõ esset pastor, & facte sunt in deuorationem omnium bestiarum agri. Prudenter ergo maluit Apostolus obsecrare quàm imperare. Nec tamè id suo nomine, sed in domino Iesu putauit obsecradum. Ac si dixisset: Monet & rogat vos per me p̄conem suum dominus Iesus. Vnde & alio loco ait: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo.

2. Cor. 5.

Rogatur itaque quatenus secũdũ quod ab ipso accepterãt, studeãt ambulare & placere deo, quia non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur.

Non enim datur mortalibus diuine legis sciẽtia tãtum vt sciãt, sed vt faciãt & viuant secundum eam. Vnde non inter scientias speculativas (quæ sunt propter scire tãtum) computatur, sed inter eas quæ practicæ vocantur, quæ sunt propter praxim, id est, operationem dirigendã. Si quis ergo (vt B. Iacobus ait) auditor est verbi, & nõ factor, hic cõparabit viro cõsideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, scilicet frustra, sequitur enim: Cõsiderauit se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit, vtique inspiciens & stultus secundum ipsum domini sententiam qua ait:

Rom. 2.

Legis tantum auditores falluntur.

Iaco. 1.

Similia.

Mat. 7.

Omnis qui audit verba meã, & nõ facit ea, similis erit viro stulto, qui edificauit domum suã super arenam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Similis proinde est huiuscemodi auditor otiosus agro sterilis, qui quãtumlibet colitur & seminatur, nullum tamè cultori suo reddit fructum.

Rursus

Rursus vineæ quæ multo labore culta, sterilis perueuerat. Huiuscemodi autem tam ager quàm vinea exeratione digna iudicantur. Vnde per Esaiam dominus dicit: **Quid vltra debui facere vineæ meæ, & nõ feci? Itaque scienti bonum, & nõ facienti, peccatum est illi.**

Quisquis enim cibum sumit, quem infirma digerẽdi vis concoquere non sufficit, sed manet in stomacho crudus, is vtique ad nocuum mentis magis, quàm ad nutrimentum, cibum hunc ingesserit. Similiter qui medicamen aliquod corruptorum humorum expurgandorum gratia sumperit, quod sine effectu hæret in agro corpore, id vtique ei non mediocriter nocet. Sic nimirum dei sermo medicamen animæ est, vt per illud mente receptum vetus peccati fermentum expellatur, sed adeo quorundam intima peccati virus penetravit, vt nullo medicamine possit excipi, sicut per prophetam de peccato dicitur: Et intravit sicut aqua

Esa. 57.

Iaco. 4.

Simile.

Simile.

Psal.

Luc. 12.

in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Et mox imprecatur, dicens: Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur.

Porrò seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, vapulabit multis. Quoniam autem quisquis agrum feminat, plus intendit inde colligere quàm spererit, hinc est quòd quem doctrinæ semen cordibus credentium quasi agro culto Apostolus inseruisset, abundantiorẽm exigit messem, dicens:

Sic & ambuletis, vt abũdetis magis. q. d. Hoc oro & exopto, vt operibus bonis & probatis moribus, accepta doctrinã non modo exarquetis, sed etiam superetis, vt opere supra doctrinã abũdantes, agro feraci ad similemini qui suo cultori cum sœnore multo refundit impensas, benedictione multa ob sœcunditatis suæ meritũ cumulãdus, ampliusque colẽdus. Siquidem habenti dabitur, & abundabit.

Mat. 25.

Cõgruè verò simul hæc duo iungit, ambulare & placere deo. Remissus enim & deses minimè deo placet. Nam & veteri proverbio decãtatum est, **Quoniã cæcus & claudus non intrabant in templum. Nam ambulare istud, in studio virtutum proficere est. Quisquis ergo deo placere desiderat, studeat virtutũ profectibus ambulare. Multa sunt autè quæ compellant etiam pigros & desides ad ambulandum.**

2. Reg. 5.

Etiã defi-
dem hæc
faciūt am-
bulare.
Thren. 1.
Ioan. 6.
Heb. 9.
Mat. 9.

¶ Compellit enim fames mendicum vt ambulet, panem mendicaturus. Vnde per Ieremiam dicitur: Omnis populus eius gemens, & querens panem. Ad morem enim pauperum mendicorum spiritu ambulare debemus, cibum qui non perit, sed permanet in vitam æternam queritando.

¶ Secundo vulnus faucium cõpellit vt ambulet, medicum aditurus. Porrò fauciarũ cõscientiarum Christus medicus est, Sanguis enim eius emundabit cõscientias nostras ab operibus mortuis, ad seruiẽdum deo viuẽti. Vnde & ipse medicum se profiteri dignatus est malè habetibus opportunum. Remedium quo sanat peccatrices animas, pœnitentię sacramentum est. Quis itaque iam delictorũ vulneribus faucibus ad hunc medicum, & huiuscemodi remedium nõ festinet?

¶ Tertio ad ambulandum stimulat amor patrie peregrinam. Nam si in cœlo adscripti ciues sumus, & in hoc mundo peregrinos nos esse cognoscimus, profectò patriã nostrã desyderamus. Quam si negligimus, tota mente terrenis semper rebus intenti, neque testamur nos illi patrie renuntiasse, ac terræ ciues esse, non cœli.

Atroces
nos hostes
insequun-
tur.

¶ Quarto ad ambulandum, imò & currendum vrget imminens hostis timidum. Et certè atroces & formidandi nos hostes insequuntur, scilicet mors ipsa humani generis inimica, prõinde satan, qui ex professo hostis exitialis nos odio semper infestatur, denique diuinæ terror iustitię, gladius vtique ex vtraque parte acutus, quem pauere, & dum tempus datur, fugere nos iussit, qui ait: Fugite à facie gladij, quia vltor iniquitatum gladius est.

Iob. 19.

¶ Quinto, ambulare facit negociatorem concupitum lucrum. Sanè lucrum grãde cunctis mortalibus desyderatũ, scilicet æternæ beatitudinis est, videlicet, lucrifacere cœlorum regnum per euangelicam negotiationem, vt vna illa pretiosa margarita datis omnibus comparatur.

Mat. 13.

¶ Sexto ambulare cogit reum, vt tempus recõciliationi opportunũ. Notum est enim, quãdãmodum exules, aut crimine rei, obseruati tempus opportunum recõciliationi & gratię. Ambulãt impigri, dum tẽpus interpellat pro omine quatenus remissionẽ delicti & recõciliationis gratiã cõsequatur.

¶ Porrò modum secundum quem spiritaliter ambulare debeant, ad memoriã illis reuocat, dicens:

Scitis

Scitis enim que præcepta dederim vobis per dominum Iesum.

¶ Id est, quã rationabilia, quãque honesta & vtilia. Talia sunt enim qualia decet donare dominũ Iesum Christum filium dei. Non enim, inquit, hæc mea iussa sunt, sed Christi præcepta ferunt imperium per me loquentis, pro quo & legatione fungor. Hæc fuerunt præcepta fidei & conuersationis Christiani, in quibus exhortatus est eos seruire deo viuo & vero, expectare filium dei de cœlo venturũ ad iudicium, quem à mortuis suscitauit deus pater: Iesum dico qui eripuit nos per passionem & per gratiam suã ab ira ventura. Præcepta etiã que ad conuersionem & morum institutionem informationemque conducant Christum per ipsam loquente, satis abunde tradiderat.

¶ Sed aduerte quãdam esse que præcipi possunt, vt honore præcipi & rare parentes, seruos subditos esse suis dominis, & similia: prohiberi quæ post-
Vel prohiberi, vt coniugatam à viro suo nõ discedere, nec virum ab vxore, nisi propter adulterij crimen vir illam suat, abiciat, vel propter adulterium viri, vxor illius cohabitationem & thorum per iudicium Ecclesię derelinquat.

¶ Rursum esse nonnulla ad que astringi præcepto nemo potest, quale est, perpetuum seruare cœlibatum, non possidere pecuniam, & similia: quæ non præcepti, sed consilij & supererogationis sunt.

¶ Circa secundum principale dicit:

Hæc est enim voluntas dei sanctificatio vestra, ut abstineatis vos à fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore.

¶ Hic cõsequenter ostendit duo, quæ necesse est vt proficere volentes in bono profus euent, vt ad verã sui sanctificationem pertingat, dicens: Hæc est voluntas dei. Ac si dicat: Scopus totius quãdãmodum vobis tradidi eruditionis & discipline is est, vt sitis p eius exercitatione sancti & mudi.

¶ Inquinari verò contingit præsertim per duo vitia summe cunctis cauenda, quorum primum est luxuria, alterum auaritia. De primo dicit: Hæc est enim voluntas dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione.

¶ Potest autem tribus modis accipi fornicatio. Est enim fornicari vno modo per curam idolorum animam esse deo infidelem, & ab illo discedere, ac illa pro deo colere,

Præcepta
Pauli quæ
& qualia.

Præcipi &
prohiberi
quæ post-

Duo vitia
hominum
genus in-
quinare.

Fornica- de qua fornicatione per Prophetam dicitur: Perdidisti om-
 tio deo tri- nnes qui fornicantur abs te. Et vnde rursus scriptum est:
 pliciter ac- Fornicatus est Israel cum Gentibus, id est, cum diis Gen-
 cipitur. tium, illos relicto deo vero colendo.

Psal. ¶ Alio modo fornicatio committitur, quando vel carnis
 Ofc. 4. voluptates, vel quaslibet res terrenas, vel homines morta-
 les, vel aliquid huiusmodi, per amore homo praefert deo,
 & propter haec ad deo recedit cor eius, & illis per amorem
 copulatur. Vnde per Ieremiam dicitur: Maledictus homo
 Iere. 17. qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum,
 & à domino recedit cor eius. Huiusmodi fornicatio-
 nem prohibet dominus loquens ad Moysen, & dicens:

Leuit. 15. ¶ Loquere filiis Israel, & dices ad eos vt faciant sibi fim-
 brias per quatuor angulos palliorum, ponentes in eis vittas
 in vestibus hiacinthinas, quas quum viderint, recordentur omnium
 cur defere- mandatorum domini, nec sequantur cogitationes suas, &
 bāt iudgē. oculos per res varias fornicantes, sed magis memores praec-
 ptorum domini, faciant ea, sicutque sancti deo suo. Ex
 quibus patet homines per cogitationes, & per oculos in
 reb⁹ variis posse spiritualiter fornicari. Et fornicati sunt,
 inquit, in adinventionibus suis.

Psal. ¶ Tertio fornicatio proprie accipitur, prout est duorum
 soluti, scilicet cum soluta illegitima corporum cōiunctio,
 ita tamen vt vinculo quouis, siue matrimonij, siue profes-
 sionis vitae regularis, siue voti, siue ordinis sacri, sit vter-
 que liber. Alioqui grauius aliquid, quam fornicatio com-
 mitteretur. Attamen hoc loco largius accipi videtur, vi-
 delicet, quocunq; modo suam libidinem extra fines legi-
 titimi coniugij quispian expluerit. De quibus fornicand-
 i modis intelligi potest, quod per Ofcē dicitur: Fornica-
 tio, & vinum, & ebrietas, auferunt cor.

Ofc. 4. ¶ Ait ergo Apost. Haec est voluntas dei sanctificatio ve-
 stra, vt abstinatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque
 vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore.

Vas no- Istud vas corpus nostrum est, fragile quidem, sed in quo
 strū quid. magnum & preciosum thesaurum habemus, animam scilicet
 2. Cor. 4. in immortalē dei insignitam imagine, & preciosio san-
 guine ipsius redemptam. Habemus, inquit, thesaurū istum
 in vasīs fictilibus. Nimirum cōtinenter viuentes vas istud
 possident

possident in sanctificatione & honore, viuentes autē pro-
 brose & incontinenter, in dedecore illud possident & cō-
 taminatiōe. Nam peccata quae lasciuientiae carne perpet-
 rantur ceteris vitiis exprobrabiliora sunt, eo quod suae
 conditionis dignitati homo per illa magis derogare no-
 scatur, iuxta quod per Prophetā dictum est: Homo quum
 in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis
 insipientibus, & similis factus est illis. Hinc etiam forni-
 catores & adulteros iudicabit deus. Sed quoniam pleri-
 que se ab actu quidem fornicationis continent, non autem
 à desyderis & concupiscentiis, subiicit dicens:

Non in passione desyderii, sicut & gentes quae ignorant deum.
 ¶ Qui enim nullam habent dei cognitionem, neque re- Fornica-
 tributionem bonorum malorumque sperent, necesse est vt tione
 voluptati carnis se totos addicāt, quippe qui nec premio- syderium
 rum, nec suppliciorum intuitu impetum frenāt libidinis. phibeat.
 Non enim proponunt deum ante conspectum suum, nec
 intelligunt eum & castitatis esse amatorem, & fornicatio-
 nis vltorem, scrutatorem cordis & renum, omniumque; eo-
 rum, quae siue in cogitatione, siue in loquutione, siue in o-
 pere gerimus arbitrum & inspectorem.

¶ Libet autem abstinere à fornicatione, quā gentiles pu-
 blicum nō imputari ad culpam, modo simplex esset forni-
 catio. Non sic autem adulterium, stuprum, raptum, vel in-
 cestum. Ideo nec in hoc errore manerent dudum è gen-
 tibus ad fidem conuerſi, verat non modo fornicationis a-
 ctum, sed etiā desyderium. Non, inquit, in passione desy-
 derij, quia nō ita est abstinere ab illicito actu, si concupi-
 scentias ipsas per cogitationes nefarias in corde nutria-
 mus, solo timore seruiliter absterri à sceleris ppetratione.

¶ De secundo, quo nos inquinari contingit vitio, sci-
 licet auaritia, subdit:

Et ne quis supergre diatur, neq; circaeueniat in negotio fratris suū.
 ¶ Duplicem docet cauēndā auaritiā, violentam videli- Auaritia
 cet & fraudulentam. Violentā, quum dicit: Ne quis super- duplex,
 gre diatur, id est, per potentiam quicquam iniuste auferat, sicut facit
 sicut facit plerique potentū huius seculi, siue per seipſos, siue p suos. Quibus bene per Prophetā à dño dicitur: In alis Iere. 2.
 tuis inuētus est sanguis animarū pauperū & innocentium,

DOMINICA SECUNDA

Aduersum & dixisti: Innocens ego sum & absque peccato. Ecce, in-
raptores & violentos. Ezechielem dicitur: Principes eius in medio eius quasi lu-
Ezec. 2. 2. pi rapientes prædam. Quibus rursus per Michæam dicitur:
Mich. 3. Audite principes Iacob, & duces domus Israel: Nun-
quid non vestrum est scire iudicium qui odio habetis bonum & diligitis malum? Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum. Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt: & hoc quidem faciunt illi, quorum erat eripere pauperem, & egenum de manu peccatoris liberare. Quibus iterum per Salomonem dicitur: Non facias violentiam pauperi, quia pauper est: neque ceteras egenum in porta, quia dominus iudicabit causam eius, & configet eos qui confixerunt animam eius. Committitur autem huiuscemodi violenta alienæ rei ablatio, tam per iniusta bella & rapinas, quam per cõcussiones & calumnias, & similia. Hinc enim militibus ipsis beatus Ioannis domini præcursor prædicabat, dicens:

Luc. 3. Neminem concutatis, neque calumniati faciatis.
Eccles. 4. De huiuscemodi auaritia per Salomonem dicitur: Vidi calumnias pauperum, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem, nec posse resistere violentis, cum eorum auxilio desitutos, & laudari magis mortuos quam viuentes.

¶ Potrò fraudulentã auaritiã prohibet, quum dicit: Et ne quis circũueniat in negotio fratris suum: hoc est decipiat, siue in regula, siue in pòdere, siue in mētura, siue in substantia, siue in qualitate, mentiendo rem quã venale habet, id esse in substantia, quod non est, vel tale esse qualis non est. ¶ Rationem verò quare ab his duobus vitiis luxuria & auaritia cauendum est, subdit dicens:

Quia vindex est deus de iis omnibus, sicut prædiximus vobis & testificati sumus.

Auaritia
fraudulen
ta.

In luxurio
fos vltor
rem esse
deum.
Gene. 6.
Gene. 19.

¶ Quòd vindex sit deus in eos qui per carnis luxurię corruptelam se inquinant, patet exemplo eorum qui propter hoc in diluuiò perierunt, quando omnis caro corruperat viã suã. Rursus in habitatoribus Sodomæ & Gomorrhæ, quos animaduersione terribili sulphureo desuper igne immisso dñs consumpsit. Quin & vsque adhuc dignis suppli-

QVADRAGESIMAE.

165

eiis corporum, scilicet morbis & agrotationibus acerbis, vitium luxurię, deus vltor insequitur. Vnde & de obsecris luxurię voluptatibus per Boetium dicitur: Quòs ille morbos, quàm intolerabiles dolores (quasi quondã fructum nequitie) fruētium solent referre corporibus? Et hanc quidẽ In auaros mercedem recipiunt in præsentu: in futuro autem delicia vindicem esse deum.

¶ Quòd aut vindex sit deus aduersum auaros & iniquos, siue fraudulenti hi fuerint siue violenti, patet primo exemplo Achan. Is enĩ quoniã auaritia cupiditate simulatus cõtra Achan veniũt è ruinis leuonia de anathemate furripuit, cum omni Iosue. 7. domo sua & vniuersa substantia, diuino iudicio interiit.

¶ Rursus idem patuit in Helisai propheta ministro Giezi, qui plaga lepræ a domino percussus est, & ipse Giezi. auaritia ductus atque seductus, precium curationis lepræ Naaman Syri concupiuit & accepit. Nefaria nempe cupiditate magistri sui spirituales gratiam venalem faciens, quam ille a deo gratis acceperat, ipse vendebat.

¶ Itidem & in nouo testamento delictum in Anania & Saphira vxore ipsius subitanea morte vtriusque ad vocẽ apostoli Petri terribili exemplo vindicatum est. Rursus in Simone Mago, qui dei gratiam in miraculis patrandis ad pecuniã lucrum abuti concupiscens, priuquã illam venderet, hæc primum a beato Petro pecunia redimere tentabat, dignus qui audiret: Pecunia tua tecum sit in perditionẽ, eo quod existimasti donum dei pecunia possideri. Non est tibi pars neque fors in sermone isto: id est, in gratia fidei, quia in felle amaritudinis, & in obligatione iniquitatis video te esse.

¶ Sed præter hæc quæ ex literis facris deprompta sunt, quotidiana & innumera supersunt exempla, quibus manifestum est, nec raptores, nec fures, nec aleatores, nec fraudulentos, aut violentos in tempus longũ prosperari. Vnde per Salomonẽ dicitur: Alij diuidunt propria, & ditiores sunt: Alij rapiunt nõ sua, & semper in egestate sunt. Hinc illis per Esaiã dicitur: Væ qui prædatis, nõnne & ipse prædaberis? Postquã rex Babylonis prædo gentium innumera in Babylonẽ ex omni gẽte spolia cõegerat, tandem per Cyrum & Dariũ in filio suo, omnibus extutus est. Sic nimirum furariis, fraudulentis, raptoribus, & ceteris id genus

Prou. 11.
Esa. 33.
Rex Baby
lonis præ
do, tamẽ
præda.
Dan. 5.

DOMINICA SECVNDA

euenire consuevit, de quorum rapinis & lucris iniquis (vt vulgo dicitur) raro gaudet tertius haeres : Quam causam quare de praedictis deus vindex est, subiungit, dicens:

Non enim vocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctificationem.

¶ Si ergo contra diuinæ legis vetitum ad immunditiam & iniustitiam prolabamur, nonne iustitiam in nos vindicabit? Non enim vocauit nos in immunditiam, hoc est, vt per luxuriam vel auaritiam animas nostras contamineamus, sed magis vt per obedientiam virtutum animas nostras castificemus & emundemus & sanctificemus. Siquid beati mûdo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Nimirum amicitia manifesti aut seipsam. *Quisquis enim diligit cordis munditiam, habebit amicum regem.*

¶ Non vocauit nos deus in immunditiam, inquit, quin potius, vt beatus Petrus, illos referuat in iudicium cruciandos, qui post carnem in concupiscentia immunditiam ambulat. Et quidni? Nam si operarum quempiam conduxisses, vt vineam tuam vel agrum coleret, & ille ex ciade deret vites, & vineam proflus exterminaret, vel dissiparet agri fegetem: rursum si fabrum vel cementarium pretio cõduxisses, vt domum tuam reficiat & instaurat, & ille eam diruat à fundamentis: nonne supplicio & non premio haustemodi operarij iudicio omnium digni haberentur?

¶ Sic nimirum deus, qui nos per fidem vocat in sanctificationem, vt in secundum suæ legis præscriptum seruamus ei in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris, proponens nobis laboris nostri stipendium, vitam æternam, si nos ipsos luxuria, vel auaritia, vel alio quouis scelere contaminauerimus, profecto non pramij largitor, sed vindex erit in præuicatoribus de omnibus his. Sicut olim, inquit, prædiximus vobis & testificati sumus ante iudicij diem, quatenus cõcessio vobis ad prouidentiam tẽpore non abutami per superbiam, sed eo salubriter vtamini ad veritatem purificationem & sanctificationem.

¶ Qualiter autem sanctificari debeamus, lex que spiritualis est, in figura nobis ostendit. Quam enim tertie descensionis esset dominus super montem Sina in cõspectu filiorum Israel, præcepit Moysi, vt sanctificaret populum dei,

Vade

QVADRAGESIMAE.

106

Vade ad populũ, & sanctifica illos hodie & cras, lauentque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. Quinque lauent vestimenta sua, ait ad illos Moyses: Estote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris.

¶ Ex quibus tria colliguntur, in quibus secundum illius temporis ritum sanctificatio consistebat, videlicet, ablutio corporum, munditia vestimentorũ, & abdicatio vsus vxorum. Si autem illos sanctificari oportebat, vt nõ essent indigni audire vocem domini de medio ignis ad eos loquentis, eũque percipere mandata: multo magis nos sanctificari oportet propter multa, tum vt non indigni accedamus ad percipiendum sacratissimi corporis domini & pretiosissimi sanguinis eius sacramentum. Tum vt ad thronum gratie ipsius suppliciter accedentes puras in oratione manus extendamus. Tum vt in die depositionis mortalis habitaculi huius, purificati & ornati, animarum nostrarũ sponso Christo domino, quasi virgines prudentes, non vacuis lampadibus occurramus.

¶ Vt ergo nostrarũ animarum sanctificationem perficiamus in timore Christi, primũ necesse est, vt totum corpus actuum nostrorũ cõpunctionis lachrymis abluamus, exinde vt cõuersationis honeste, candida semper vestimenta geramus. Qui enim, inquit, non inquinauerunt vestimenta sua, ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Miphiboeth, quia non lauerat vestimenta sua, quando occurrit regi David, hereditatis suæ medietate multatus est.

¶ Postremò requirit huiuscemodi nostra sanctificatio, vt carnis concupiscentiam (spiritui rationali quasi malefadam vxorem) amoueamus, eius appetentia nequaquã assentientes, ne forte & nobis dicatur: Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinæ & tribulos germinabit tibi, donec reuertaris in terrã de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluere reuertetur. Hæc est vxor que persuasa à serpente rationalem spiritum pellicit in diuinæ legis præuaricationem, per immunditiam videlicet & auaritiam, à quibus per Apostolum hic reuocamur dicentem: Non enim vocauit nos in immunditiam.

1. Tim. 2.
2. Cor. 7.
Apoc. 3.
2. Reg. 19.

Vxor malefada.
Gen. 3.

DOMINICA TERTIA
DOMINICA TERTIA
Quadragesima.

Ephef. 5.

Estote imitatores dei sicut filij charissimi. In hac lectione tria docet Apосто. Primo enim docet nos amplecti dilectionem & clementiam. Secundo docet vitare inordinatam concupiscentiam. Tertio docet cauere seducendum fallaciam. Prima facit à principio lectionis. Secundum, ibi: Fornicatio autē. Tertium, ibi: Nemo vos seducat inanibus verbis. Circa primū dicit: Estote imitatores dei. Deū dilectionis & clemētiæ proponit exemplar. Præmiserat autē nō nulla: quæ ab imitatione diuine clemētiæ vel maxime sunt diuersa, mox deinde quædā subiiciens, quæ ad imitandam eadē dem clemētiā sunt accōmoda. De illis ait: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, tollatur à vobis, cum omni malitia. Amaritudo in dictis, scilicet vel factis amarulētis aut mordacibus. Et ira, id est, subitus ardor vlciſcendi. Et indignatio, si minor sublimatur. Et hæc de ira venit. Et clamor, id est, cōtentio, quæ venit ex ira vel indignatione, & est vox quasi insani. Et blasphemia, quæ fit vel in sanctos, vel in deum, per quā vel de deo, vel de sanctis, falsa vel indigna profertur. Grauior autē est blasphemia perituro, quoniā in perituro deus vel sancti falsæ rei testes adhibentur. In blasphemia verò de ipsis falsa dicuntur. Hęc, inquit, omnia tollantur à vobis.

Hæc cui sunt vitanda.

Blasphemix grauitas.

Sed quia illis repressis ne foras erumpant in verbo, poterat malū in corde retineri, mox adiecit: Cum omni malitia, videlicet mentis, & voluntate mala.

Hæc cui sunt amplectenda.

Porro quo ad illa quæ ad imitandam dem clemētiā sunt accōmoda, dicit: Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit vobis. Ac si dicat: Si necessitas id deposcat, estote inuicem de propriis facultatibus largi in effectu, & misericordes compassionē mentis in affectu. Et si non suppetit quod dare possitis, donantes sitis inuicem in vos commissa, sicut & deus in Christo, id est, per Christū donauit vobis. Et mox inde sequitur inſtitum lectionis:

Estote ergo imitatores dei sicut filij charissimi. Vbi no

bis

bis imitandam proponit & patris clemētiā, & dilectionem filij. Non autem imitanda nobis est vel patris maiestas, aut filij gloria, vel sapientia, id enim Christianum nō esset, sed Luciferianum. Sed (vt dictum est) patris clemētiā, & filij eius domini & redēptoris nostrī dilectionē, humilitatem, obedientiā, & patientiam sectari nos conuenit, sicut ipse ait: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Et rurſus, quom in signū perpetuo recolendæ charitatis & humilitatis pridie quā pro humani generis salute moreretur, discipulorum lausisset pedes, ait: Exeplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Quasi dicat: Inuicem ea prosequamini dilectione & beneuolentia, qua & ego vos prosequutus sum.

Imitando nobis in deo hæc proponuntur.

Math. 11.

Ioan. 13.

Clemen-

tia patris

quomodo

apparuit.

Sed ad paternæ clemētiæ conſyderationem & imitationē redeamus. Apparuit enim nobis, & assidue probatur patris imitanda clemētia. Tum in eo quod peccatorem longanimiter expectat & patienter sustinet. Tum quod a se ipsum à se, & in perditionem propriam sponte currētem, multipliciter reuocat. Tum quod ingrati peccatori ad vltimū vitæ creaturarum suarum adminicula indulget. Tum quod peccatorum, vel sero redeuntē paternā recipit benignitatem.

Itaque & tu quisquis tāti patris imitator esse desyderas, sustine onerosum fratrem, ipsius onera patienter portādo, vt sic adimpleas legē Christi. Stude illum, si potes, ab erroribus suis renouare & lucrifacere Christo, & reparare in eo charitatem. Denique si euerit inimicus tuus, ciba illum: & si sitit, potum da illi. Vnde & ipse dominus ait: Diligite inimicos vestros, & orate pro persequētibz & calumniātibz vos, & benefacite his qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri, qui solem suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et sic ut habes in Luca: Si septies in die peccauerit in te, & septies in die cōuersus fuerit ad te, dicēs: pœnitent me, dimitte illi. Grande nempe pro his, & omni mānis æstimatione lucrū referes. Magnū est enim imitari deum, & adhuc longē maius est, adicitū esse ab eo in gratiam adoptionis filiorum. Vt sitis, inquit, filij patris vestri. Nā qui filij, & heredes. Eos enim qui patrē imitantur, asserit etiam charissimos filios, quod omnium maximum est. Non enim omnes liberi æqualiter

Gala. 6.

Rom. 12.

Math. 5.

Luc. 17.

Roma. 8.

chari, nec suo genitori charissimi omnes sunt, sed hi dumtaxat qui huiusmodi patrem, sicut dictum est, imitantur.

Imitanda dilectio ¶ Sedo imitanda est dilectio filij, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Vnde subdit, dicēs: filij. *Et ambulat in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam deo, in odorem suauitatis.*

Rom. 13. 1. Ioan. 3. ¶ Dilectionem ponit pro summa & complemento perfectionis. Nam proximi dilectio malum non operatur, & qui diligit proximum, legem impleuit. Diligamus ergo non tantum verbo & lingua, sed opere & veritate, sicut & Christus in veritate dilexit nos, qui tradidit semetipsum pro nobis, non vitæ pro nobis amicis suis, sed quem adhuc inimici esse fecimus. Quia dilectione Paulus admirans, exclamat: Vt quid etiam Christus, quem adhuc inimici esse fecimus, secundum tempus pro nobis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. Ambulate ergo in dilectione, inquit, sicut & Christus dilexit nos. Et quum pro inimicis ille se obtulit, tunc amicis teipsum negabis? Sanè Christum tum verè sectamur, quando & his bene volumus qui nos oderunt.

Rom. 8. ¶ Tradidit, inquit, semetipsum. A libi dicitur quod pater pro nobis omnibus tradidit illum. Quod ergo peccauit Iudas Christus tradendo, quum idipsum egerit, quod & ipse fecit pater & filius? Sed hoc interest, quod iniusta voluntate Iudas eum tradidit, qui benignissima patris & sua voluntate oblati est: Et ideo non nisi peccati hinc Iudas habuit, quod Christum tradendo agebat negotium fæcæ venditionis, vbi Christus peregit opus nostre redemptionis. Et vbi ille impie deliquit, hic misericorditer eger, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, dum iniuriatus est spiritus & colaphis, & huiusmodi: & hostiam, dum occisus est in cruce.

Christus hostia deo in odorem suauitatis. ¶ Que hostia non figuratitè sicut legis sacrificia, sed verè est coram deo in odorem suauitatis. Verbo legis alludit Apost. He enim est deus ille quod illud dicebatur in lege: Non enim propter se illa hostia accepta: erant coram deo in odore suauitatis, scilicet quia illum præfigurabat qui vere offertur patri in odore suauitatis, quia pro iustitia quam exquebatur, & vsque ad mortem seruaui, innocens occisus est. At verò quoniam per huiusmodi ad nos Christi dilectionem sumus

sumus filij redditi, qui prius inimici eramus & exules, ideo debemus & ipsi sectari & amplecti dilectionem quæ tanti boni nobis causam tribuit. Vt si morbo graui quis laborasset, & aliquo medicamento genere sanus factus est, vel ipsum medicamentum nomen venerationi habebit & magnificet. Sic nimirum & dilectionem hæc amplectari debemus quæ seipsum pro nobis tradidit dominus.

¶ Circa secundum principale dicit:

Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.

¶ Hic docet vitare inordinatam concupiscentiam, quæ duplex est, scilicet carnis, & est fornicatio & immunditia: & oculorum, quæ est auaritia, quæ nec nominetur quidè in vobis, inquit, quasi dicat: Illorum scelerum nulla apud vos mentio fiat, sed integrè puritate feruetis vt opere, ita & ore.

¶ Præbent namque sermones ad res ipsas ingressum. Itaque vt nec probabilis quidem suspicio sit de vobis, nec nominetur in vobis quod prædictum est, sicut decet sanctos, quos necesse est habere testimonium bonum & ab his qui foris sunt. Caerere itaque debetis, inquit, non modo ipsam fornicationem, sed etiam ea omnia, ex quibus aduerium vos de hac orti possit humana suspicio, & quæ fornicationi facinorose solent affinem. Vnde subdit:

Aut turpido, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio.

¶ Turpido est in opere minus honesto, stultiloquium Turpitudinè verò & scurrilitas in sermone. Est autem scurrilitas, iocularitas verbis quæ solent risum mouere, & à carnalibus peccatis secularibus hominibus curialitas seu comitas appellatur. Et hæc, inquit, in vobis non audiantur. Ausum enim præbent ad vteriora. Nam sicut ligna igni superiecta & si non

confestim accendantur, per susceptum tamen calorem disponuntur vt subito tandem flammam rapiant: ita nimirum & hæc quæ dicta sunt mentem hominis paulatim & à gratia dei faciunt aridam & pronam vt luxurie libidinem admittunt, quæ ignis est vsque ad consumptionem deoràs, & omnia eradicans geminina.

¶ Et ad rem, id est, vtilitatem homini Christiano non pertinent. Hoc audit ne videatur grauis & seuerior esse qui

Simile.

Concupiscentia duplex vitanda.

1. Tim. 3.

Fornicationi propinquum hæc faciunt.

Simile.

Iob. 31.

locos interdicit & risus, quia (vt dictum est) ad rem non pertinent: nil enim conferunt ad bonos mores, nec ad eam vitam quam querimus. Sicut enim corporum incisor, vel medicus, non nisi quæ arti suæ conueniunt colligit, cætera præteritis, sic & Christianus non debet ea quæ sanctitati non conueniunt profari. Si verò loqui liceat, audi quid loquaris. Sequitur enim:

Simile.

Gratiarum actionis materia.

Nota.

¶ Sed magis gratiarum actio. Ad quam vtiq; te obligatum agnosces, si aduertas quid olim vel qualis fueris, quibus in malis versatus, quæ diuino munere enastis, Rursus qualis nunc, vel quâtes per eandem dei gratiâ sis effectus. Quod si feceris, & peccata deplorabis tua, & admirabere tecum quod tâtis sis à deo bonis donatus, nec supererit tibi vt illis vaces quæ ad rem non pertinent. Nô enim scurrilitatem & risum breuis hæc vita, & exilij locus deposcüt, sed certamen & luctum, vbi hostis noster in nos dentibus frendens obuolitat. Tunc ergo interim ludas, & ineptis operam dabis? Vix superat qui cerrat strenue, quanto minus ludibundus quispiam, & iocis intentus, de illo referre victoriam poterit? Vnde sequitur.

Hoc enim scitote intelligentes, quôd omnis fornicator, & immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hereditatem in regno Christi & Dei.

Regnum Christi & Dei.

¶ Regnum Christi, & dei regnum cælorum est, quod est filij sicut & patris. Vel si maus, regnum Christi ecclesiam militatam accipie, regnû autem dei gloriâ intellige & beatitudinem cælestem. Nemo autè in hoc regno Christi & dei habet hereditatem, nisi qui filius esse meruerit. Ab hac autè filiatione quis magis alienus quàm fornicator & immundus, aut auarus? Siquidè caro & sanguis regnû dei non possidebüt. De fornicatoribus Apostolum audis dicentem:

A dei regno alieni.

1. Cor. 15.
Heb. 13.
Apoc. 21.
Mat. 5.
Prou. 22.

¶ Fornicatoribus & adulteris iudicabit deus. De immündis beatus Ioannes in Apocalypsi testatur, quoniâ nihil coinquinatum intrabit in illam scilicet gloriam regni dei. Non enim nisi qui mundo sunt corde, deum videbunt. Proinde si is qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicam regem, superest vtiq; vt quisquis immunditiam cordis secutus fuerit, Christi regis amicitiam amittat, & immundorum spirituum: receptaculum

tum

lum effectus ad morem illius gregis procorum præcepit Luc. 8. tandem feratur in perditionis abyssum.

¶ De auaris autem quis iam dubitet eos in regno Christi & dei hereditatem non habere, quum iuxta domini sententiam facilius sit camelum per foramen acus transire, quàm diutem intrare in regnum cælorum, & nemo possit deo seruire & mammonæ, & palam audias Apostolum contestantem quod auaritia idolorum seruitus sit? Quisquis enim auro se addixerit, erit auri ferus, deum sibi autum suum & argentum constituens, iuxta quod per Osee dicitur: Aurum suum & argentum suum fecerunt sibi idola. Nec id quidem interim excusat auarum, quôd pecuniâ nulli adhuc erexit vel templum vel idolum, quum iam intus in animo pecuniam præferat & deo & sibi metipß, & vniuersis: ei credat, in eam speret quàm maxime, & præ cæteris rebus omnibus amet illam. Vnde & per quemdam sapientem dicitur:

Et si funesta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nimmorum ereximus ædes:
Vt colitur pax atque fides, victoria, virtus,
Quæque salutato crepitat concordia nido.

Osee. 8.

Iuuenalis:

Et si funesta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nimmorum ereximus ædes:

Vt colitur pax atque fides, victoria, virtus,
Quæque salutato crepitat concordia nido.

¶ Proinde & si his idolis, id est, pecuniis, nullas interim auarus immolat oues, nec vna libat in sacrificiis, minimè tamen ab idololatriæ crimine excusatur, quum interim argento & auro animam longe rebus illis præstatorum liter. suo.

Venerabatur quondam gentiles hæc cæli & terræ structuram, vel cætera quæ cõdidit deus: auarus verò quod suo labore & manibus conflauit, adorat & colit. Et forsân hæc Paulus à Daud accepit, vbi ait: Simulachra gentium, argentum & aurum. Est ergo qui argento & auro inseruierit, idolorum cultu derentus.

¶ Circa tertium principale dicit:

Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hæc enim uenit ira Dei in filios dissidentie.

¶ Hic docet cauere seducentium fallaciam. Erant fortasse nonnulli qui dicerent terroris causa, exigua hæc interdixisse deum. Quis enim credat dicentem fratri, fatue, reu esse gehennæ, & auarum esse cultorem idolorum? Contra quos Apostolus: Nemo, inquit, vos seducat inanibus verbis. Ea nãque sunt inania dicta, quæ ad breue tempus gra-

Quid auarus sacrificet idolo suo.

Mat. 5.

tiam habent, res verò nihil de se afferre vtilitatis coar-
guuntur. Seducuntur enim qui ex his licentiam sumunt.
Inanibus autem verbis homines seducunt, quicumque do-
cent vel superstitiosa, vel falsa.

Varias superstitio- nis species aduerte.
¶ De illis exépla spectamus. Primò in eis qui questus caus-
sa aserunt eos qui sibi de suis facultatibus aliquid dederint,
nequaquã morituros, nisi de peccatis suis prius cõtritos &
cõfessos, diua Barbara interpellante, & id illis impetrãte.

¶ Rursus, nõ posse quicquã nec in eos nec in res eorũ de-
mones malos, nec passuros anno toto capitis dolorẽ, simi-
liter nec à gliribus, aut muribus, molestia aut detrimẽtum
aliquod in rebus suis, frumẽto præsertim, depellere hæc ma-
la omnia diua Gertrude à Niuellã. Nimirum huiuscemodi
imposturis quondã idolorum sacerdotes populũ gentilem
ignorantia dei cacum deceptis ipsorũ tradunt scriptores.
At enim ex illis quidam:

Inuenialis. Ecce furentis

Bellonæ, matrisque deum chorus intrat, & ingens
Semiur, obsceno facies reuerenda minori

Mollia qui rapta secuit genitalia testa

Iampridem, cui rauca cohors, cui tympana cædunt

Plæbeia, & Phrygia vestitur bucca thiaia,

Grande sonat metuque iubet septembris & austri.

Aduentum, nisi se centum lustrauerit ouis,

Et X eramplinas vestes donauerit ipsi:

Vt quicquid subiti & magni discriminis instat,

In tunicas abeat, et totum simul expiet annum.

¶ Proinde qui in discretis, & superstitiosis iceniis que nec
ex diuina legis præscripto, nec ex ecclesiæ traditione, sed
fallaci & vana superstitione ad huius vel illius (vt dicunt)
sancti honorem suggerente diabolo adinuenerunt, sibi grã
dia promittunt, interim tamen dei & ecclesiæ sanctæ mã-
data contemnentis.

¶ Rursus qui certis & dictatis preculis, (quas & mirę vir-
tutis orationes vocat) quibus etiã intercurrunt nomina pro
fus ignora cũ suis characteribus & figuris indulgẽtias innu-
meras, vel securitatẽ ab õibus tam corporis quam animæ
periculis, sibi pollicetur, si ea vel legerit, vel gesserit secũ.

¶ Similiter qui in die S. Agathæ martyris tempore sum-

mæ missæ scribunt contra incendium certa verba, chartam
supra focum affigentes, & anno toto hanc illi seruant. Hi
omnes & his similes & seducti sunt, & alios seducunt in a-
nibus verbis. Et quod hæc omnia vincit, quem ipso domi-
nici corporis & sanguinis sacramento nihil sit sub celo
vel sacratus vel dignus, quis tamẽ explicet quot superstitiones,
imò sacrilegia p missam sacerdotis (in qua Christi
corpus conficitur & offertur) à perisquis aditentur? Que
omnia sacerdotum vel imperitia, vel auaritia, vel iniqua
dissimulatione, vique adeo vires & auctoritatem in impe-
rita plebecula obtinuerunt, vt pro diuinis mysteriis à mul-
tis defendantur. Piget ea speciatim explicare quæ diabo-
lica fraude ad deceptionem animarum sub specie religio-
nis negligentia pastorum paulatim irrepserunt. Sed hæc
missa factamus, tenentes nos ad Apostoli sententiam dicẽ-
tis: Nemo vos seducat inanibus verbis.

¶ De his autem quos secundo loco diximus incautos se-
ducere inanibus verbis, is videlicet qui docent falsa, ex-
empla heu multa nimis occurrunt in hæreticis & pseudodo-
ctoribus huius temporis, (verbi gratia) asserentibus non
esse in dictis ab ecclesiã temporibus iceniãdum. Non ha-
bendum esse delectum ciborum, non esse confitenda pec-
cata sacerdoti, non esse seruãda vota deo facta vel sanctis,
non obseruandos esse dies sacros, non colendos sanctos,
fornicationem non esse peccatum, non esse obediendum
præpositis, & multa his similia impia dogmata atque ne-
fanda, de quibus pseudopredicatoribus & afeclis eorum
per prophetam dicitur: Vt quid irritauit impius deum, di-
xit enim in corde suo, non requirit. Nempe hoc dicere, est
deum irritare, & itam eius prouocare, quum etiam de omni
verbo ocioso quod loquuti fuerint homines, reddituri sint
in die iudicii rationem. Et non modò de verbis, imò & de
cogitationibus, sicut scriptum est: In cogitationibus impij
erit interrogatio. Errant certè qui dicunt: Non videdit do-
minus, nec intelligit deus Iacob. Hæc fecisti, inquit, & ta-
cui. Existimasti iniquè quòd ero tui similis. Arguam te, &
statuam contra faciem tuam.

¶ Videte ergo ne quis vos seducat inanibus verbis, vel
promittens impunitatem prædicãdo dei misericordiã, vel

Sacerdoti-
bus hæc sue
centuræ

Alios sedu-
cunt docẽ-
tes falsa.

Psal.

Mat. 12.

Sap. 1.

Psal.

Idem.

asserendo auaritiam vel fornicationem naturalia homini esse, nec ad peccatum imputanda. Nam propter hæc venit ira dei in filios diffidentia, hoc est, propter fornicationem & immunditiam, & cultum idolorum, & propter recepta seducendum inania verba.

¶ Filios diffidentia dicit prauos homines & obstinatos contumacique, vel qui deo diffidunt huiusmodi decreta decernant, vel qui tamen credant, non tamen obtemperant. Vel qui diffidentium verbis fallacibus acquiescunt.

Ira dei in filios diffidentia.
Gen. 7.

Exo. 14.

Num. 14.

¶ Qualliter in hos peruenit ira dei patet. Primum eorum exemplum, qui dei preceps Noe audire cōtemnentes, fidemque dare verbis illius abnuentes, vniuersi in aquis diluuij perierunt. Rufus in Pharaone in mari rubro post perperas plagas horrendas, cum curribus & equitibus & vniuerso exercitu suo demerso. Denique in illis diffidentia filijs, qui exploratoribus promissa detraherentibus terræ acquiescentes diffidebant deū promissam posse cōferre hereditatē. Quā obrem perierunt in deserto. Itidem patuit in Iudeis tēpore Ieremie prophete, vtique impijs & diffidentibus filijs, atque tandē ira dei à terra sua cieatis, & ductis in captiuitatem.

¶ Postremo in illorum posteros (vtique diffidentia nequissimæ filios) ira dei peruenit, qui dei filij ipsi missum & cōtempserant & crucifixerunt, & (quod extreme malitie est) execrandum scelus suum defendentes, & in eo perseverantes, ad penitentiam redire noluerunt. In hos inquam vtique ad ira dei peruenit, vt sicut omnes ab hominum memoria gentes vel hoc vno scelere vicerunt, ita etiam superauerunt calamitatibus. Hoc testatur Iosephus, eorum gentē sacerdos, qui illorum describens excidium dicit: Sigillatim quidem iniquitates eorum narrare non poterō. Vt autem breuiter dicā, neque aliā ciuitatē vquam talia perperam esse puto, neque vllā nationem post hominum memoriā malitiæ ferociorem fuisse. Et idē alibi: Denique omnium post cōdita secula, res aduersas, si cū Iudæorū calamitatibus conferantur, superatum iri non ambigo.

Iosephus.

¶ Itaque frustra presentis temporis diffidentia filij tatis exemplis nequicquam perdocti, frustra & vane sibi promittunt impunitatem. Nisi enim diffidentia suæ renuntiauerint, vtique & ipsis ira dei superueniet. Et sero credent

isti vane impunitatem sibi promittunt.

dent fatentes errorem, quum dicēt: Ergo errauimus à via Sapient. 5.
veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis.

¶ Porro hæc ratio dei ira super omnia formidanda est, quòd percutere potest & corpus & animam, & nūc, & sine fine. Vnde ipse ait: Ostendā vobis quem timeatis. Time te eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Itaque dico vobis, hunc time, & seducendum inanibus verbis nolite acquiescere. Vnde subdit:

Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vt filijs ambulat.

¶ Nolite, inquit, talium que dicta sunt facinorū, cum illis fieri participes. Pristinā nihilominus nequitia cōmonefacit, dicens: Eratis enim aliquando tenebræ. Ac si dicat: Recognoscite quid aliquando fuistis, & quomodo nunc sitis à tenebris in lucem reuocati. Prius enim per invidiam & ignorantia dei cecitatem, & etiam per prauitatem vite ac morum in tenebris degebatis: nunc verò lux estis effecti, quippe qui de sitis adepti notitia, & lucis opera facti estis.

¶ Id tamen vobis nequaquā vestra virtute obuient, quòd lux effecti estis, sed in domino, hoc est, diuinā ob gratiā.

In eo enim estis lux effecti, qui est lux vera. Nam tenebræ quidem fuistis in vobis, lux autē estis in domino, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. Nequaquā igitur debetis cum filijs cōtumacibus & diffidentia versari, in quos ira peruenit. Fueratis nanque huiusmodi ira olim & vos digni, nunc locum fecus res se habet, quum sitis deo reconciliati. Nolite ergo ad pristinas illas tenebras redire. Quum potius vt filij lucis ambulatē, id est modeste, & sicut eos decet qui in luce faciūt iter. Vel potius alijs præferre nos lucē in iungit, sicut alibi ait: In medio nationis prauæ & peruersæ lucetis sicut luminaria in mundo, verbū vite cōtinentes. Qui enim lucis est filius, & ipse lux erit, à quo procul absit vt faciat opera tenebrarū. Verum quia lux hæc ab operibus agnoscitur, ideo subdit:

Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate.

¶ Diffinit quis sit lucis filius. Is enim filius lucis est, qui in qui fructum lucis est adeptus. Consistit autem fructus lucis, bus consistit est, gratia spiritus sancti. Primo in omni bonitate, & sit.

Sapient. 5.

Matth. 10

Ioan. 1.

Philip. 2.

Fructus lu

cis in qui

bus consi

st.